PROKLOU ARCHIEPISKOPOU KONSTANTINOU POLEŌS TA EURISKOMENA B. PROCLI ARCHIEPISCOPI...

Proclus : Constantinopolitanus

ΠΙΣΚΟΠΟΥ
ΚΩΝ ΤΑΝΤΙΝΟΥ
Πόλεως τὰ εὑρισκόμενα.

PROCLI
RCHIEPISCOPI
ONSTANTINOPOLITANI
Opuſcula, quæ reperiri
potuerunt omnia.

Nunc primum Græcè & Latinè junctim
edita & recenſita,

Ex Bibliotheca
GEVERHARTI ELMENHOR

I BATA
OBV

LIOT·CLER·REG·

ERHARTVS
ELMENHORSTIVS

Reverendo & Clariſsimo Viro
GEORGIO
STAMPELIO
SVPERINTENDENTI
Lubecenſi Theologo
eximio. S. D.

OFFERO *tibi reverende Præſul, Procli Epiſcopi Conſtantinopolitani maximi cenſus & nomin*[illegible] *to*[illegible]*ris, fideique Catholicæ pro*[illegible] *acerrimi opuſcula varia, quæ ad* [illegible] *ruenda* ruendas & exſtingu

ſuæ ætatis hæreſes nitido & aperto ſermone compoſuit. Incitavit me ad illorum editionem tum conſideratio infelicis ævi mei, tum impia importunita novorum gigantum, qui ſolennibus f rijs agitati quotidie proveniunt, & ſpinis argutiarum & laqueis quæſtionum laceſſunt ſtatum omnipollentis Dei, Regis æterni nativitatem ſacrilegis verborum jaculis appetunt, Spiritus ſancti Deitatem infrunitè abnegant: quod ſemper, quod ubique, quod ab omnibus creditum eſt, in dubium vocant: fidem quam totum per orbem terrarum confitetur Eccleſia, falſitatem appellant quoſcunque ante ſe magiſterij ordine raditos, errare & ſemper erraſſe non dacter quam furioſè aſſeve ant. Mittam Servetum, Blandratam, Davidem, *um, Oſterodum, Smalcium, & cæteras peſtes, ſanctæ adorandæ Trinitatis hoſtes conjuratos: & unum Andream Duditium tibi ſaltem dabo, infelicem ſurculum Photinianæ pravitatis. Quid ille non dixit? quid non temerario impetu in ſanctam Triadem effudit? quid non molitus eſt ut Chriſtum & Spiritum ſanctum de majeſtatis throno deturbaret? Extat ejus* **ſcriptum ad Ioannem Laſitium equitem Polonum, quo ab orbe condito ex Orci faucibus nullum prodijt peſtilentius. Proferam tibi de innumeris ejus blaſphemijs pauca.* I. *Ait*, Confeſſionis formulam quæ Athanaſij nomine circumfertur, itemque Nicænum Symbolum non eſſe pietati conſentaneum, ſed ex humano ſenſu & frigidorum Sophi-

* edit. Cracoviæ An. M. D. XC.

phiſtarum argutijs. II. *Negat* unius Dei trinitatem, & trium unitatem. III. Communicationē idiomatum, identitates, relationes & conſubſtantialitatem portenta verborum *appellat*. IV. Non tres ſed quatuor Deos colere nos *calumniatur*. V. Patrem ſolum verè & propriè Deum, Chriſtum improprium, Spiritum ſanctum metaphoricum *appellat*. VI. Ex Trinitate particulam deciſam eſſe & utero virginis veluti cuidam ergaſtulo inclusam, *blaſphemat*. VII. Duas tantum perſonas in cœlo relictas eſſe cum tertia in terram delapſa in matris uterum ſe abſtruſit, *nugatur*. VIII. Auguſtinum Trinitatis imaginariæ, & ex ſomnio

patre,

[illegible] authorem *proclamat.*
IX. Deum Spiritui ſancto & Chriſto majorem, quem fecit, *inducit*, Chriſtum nō eſſe inviſibilem, non æternum neque à ſeipſo Deum, ſed Deum à Deo Patre, Patre minorem *aſſerit*: quem nunquam Apoſtoli Deum, ſed virum noſtri ſimilem vocarunt.
XI. Spiritum ſanctū non Deum eſſe, non perſonam, non invocandum *lymphatico errore incitatus dicere præſumit. Hæc ſunt magna magnorum deliramenta hæreticorum, multis multorum ſeculorum aſſenſione comprobatis anathematiſmis profligata fortiter & fœliciter oppugnata, quæ hodie profana manu ventilant, & recidiva opinione diffamant, homines extreme abjecti, literarum rudes,*

ſtudio-

ſtudiorum profani, expertes artium niſi ſordidarum: quos ad bene fundata ſuperiorum inſtituta violanda, ſcita Patrum convellenda, definita majorum reſcindenda, incorruptæ vetuſtatis caſtiſſimos limites profanandos, ſola inſcitia, typhus, improbitas, & novellæ curioſitatis libido inſtigat: qui ſi paucorum veſaniæ, univerſorum antepoſuiſſent ſanitatem, intra ſacraria Catholicæ fidei ſalvi eſſe potuiſſent, qui nunc perditi oberrant & alios in ſolatium perditionis ſuæ perdere non ceſſant: id unum ſtudentes, ut ab antiqua fide, ad novellam perfidiam, ab antiqua ſanitate, ad novitatis veſaniam, ab antiqua luce, ad novitatis cœcitatem animos hominum avocent: propinantes convivis ſuis ab initio dulcia, & cum inebriati fuerint lætale virus miſcent.

Quis

Quis ſatis digne poterit προπέτειαν & impudentiam deprædicare, qua falſitatis patroni, veritatis propugnatores erroris & dementiæ inſimulant, religionem veterem tanquam ludum nugarum aſpernantur, divinæ legis oracula novo & inuſitato more interpretantur, Patrum ſcripta contemnunt, ipſi ſoli ſcilicet ſapientes, & ultima hac ætate è cœlo delapſi, qui curva corrigant, & erranti mundo comiter viam ſalutis monſtrent: quorum virulenta ora & calumnioſas criminationes σὺν θεῷ peculiari libello (quemadmodum tibi promiſi) diſpungam, & evidentiſſimis rationibus demonſtrabo, vetera imò veteratoria eſſe & millies jam ab orthodoxâ antiquitate exploſa, de quibus illi tanquam novis gloriantur. Nunc Proclum noſtrum in anteceſ-

ſum do: debellatorem acerrimum Mopſueſtenæ improbitatis, quem accipe tibi inſcriptum, monumentum & teſtem meæ in te obſervantiæ, magnique inter nos amoris, quem ſola virtus, humanitas, & prudentia tua peperit, aluit, & ſervavit. Hamburgi VIII. Eid. Decembr. Iuliani. Anno Chriſti M. D. CXVI.

AMICE LECTOR.

HABE tibi Procli Archiepiſcopi Conſtantinipolitani opuſcula, nunc primum junctim Græcè & Latinè edita, & recenſita. Fuit ille à primæva ætate Lector, Scholaſque ſtudioſè frequentavit, & Rhetoricæ operam dedit, brevique in omni diſciplina honeſta excelluit.

Vid. Socrates Eccleſ. hiſt. lib. 7. c. 19. 28. 40. 41. 43. Nicep. Calliſtus lib. 14. cap. 37. & ſeq. Ius Græco-Romanum fol. 298. Liber Synod. Græc. edit. Pappi pag. 52. 53. Cedrenus fol. 281. Baronius tom V. annal. an. CCCCXXXIV. Onuphrius in Chronico Eccleſiaſtico.

Poſtquam in virum evaſiſſet, fami-

Pariter uſus eſt Attico Epiſcopo, cui amanuenſis operam præſtitit; quem in literis & virtutibus admodum proficientem Atticus Epiſcopus ad gradum Diaconatus evexit; Dein à Siſinnio Epiſcopus Cyzici deſignatus eſt, & poſtea antiſtes factus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quam magna cum laude rexit, omnibus hominibus, inprimis Theodoſio Imperatori percharus & æſtimatus. Scripſit inſignem Epiſtolam *de Fide ad Armenios* *, cui nos propter eximiam pietatem, qua abundat, primum dedimus locum. Facit illius libri perhonorificam mentionem Iuſtinianus Imperator l. 7. ff. 4. Cod. de ſum. Trinitat. & quinta Synodus Collatione quinta & ſexta fol. 577. & 578. Tomo ſecundo editionis Romanæ, & Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus Epiſtola ad Ioannem Antiochenum *Ἐν τῇ πρὸς Ἀρμενίους ἐπιστολῇ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον ὀρθοτομῶν διεκήρυξε σαφῶς ὁ ὁσιώτατός τε καὶ θεοσεβέστατος ἀδελφὸς ἡμῶν

* *Quæ extat tom. 1. Conc. Romanæ editionis, in fin.*

* Parte 3. Conc. Epheſ. fol. 710. edit. Roman. edit. Commelin. fol. 248.

ὁ συνεπίσκοπος Πρόκλος, ἀνὴρ εὐσεβὴς, καὶ τοῖς τὰ ὀρθὰ διαστρέφουσιν ἀντεποδύεσθαι μεμελετηκώς. ὅτι καὶ νικᾶν ἔθος αὐτῷ, πρεσβεύων ὑπὲρ τῆς ἀληθείας. *In Epiſtola ad Armenios cum ſermonem veritatis rectè tractaret, disertè prædicavit ſanctiſſimus & religioſiſsimus frater noſter & Coëpiſcopus Proclus, vir pius, & ad certamen adverſus eos, qui, quæ recta ſunt, pervertunt, exercitatus, & ex veritatis aſſertione victoriam reportare aſſuetus.* Et Epiſtola ad Anaſtaſium, Alexandrum & Martinianum monachos,* &c. *Hæc ſentit nobiſcum amantiſſimus Chriſti ſanctorum Patrum chorus, & Proclus ipſe, qui nunc ſanctæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ thronum adornat, religioſiſsimus & piiſſimus Pater & Coëpiſcopus. Scripſit enim ipſe ad Orientales piiſsimos Epiſcopos in hæc verba: Et incarnatus eſt abſque Converſione, qui ſpeciei expers naſcitur, naſcitur autem ſecundum carnem, qui principio caret, proficit verò ſecundum corpus ætate, qui natura perfectiſsimus eſt, & paſsiones ſuſtinet, qui paſsionibus ſuperior,*

* In appendice Concil. Epheſ. to.2. fol.209. edit. Commelin.

rior, non quo erat ſuſtinuit contumelias, ſed quo factus eſt, ſuſceptis corporis paſſionibus. Et Dionyſius Exiguus Abbas Romanus epiſtola ad Felicianum Paſtorem*: *Theodoſio Imperatore regente Rempublicam, diſcipuli Theodori Mopſueſtenæ civitatis per Syriam atque Armeniam, pravam fidem corrupto Symbolo rudibus populis exorſi ſunt intimare, calliditate ſubtiliſſima beatam Trinitatem ſic unius eſſentia prædicantes, ut Chriſtum Dominum noſtrum conditorem univerſitatis, unum ex Trinitate nullatenus faterentur: unde ſequebatur hæc inepta ſuæ temeritatis abſurditas, ut quia Chriſtum conſtat verum eſſe Deum & Dominum, quatuor perſonas in tribus aſtruerent, duosque Dei filios procul dubio prædicarent. Sed huic impietati beatus Proclus Conſtantinopolitanus Archiepiſcopus in literis ad Armenios deſtinatis mirè obſiſtens docuit Chriſtum Dominum noſtrum, & in principio Verbum apud Deum: Deum verbum unum de Trinitate eſſe, per quem omnia facta ſunt beato*

*Tom.1.Bibliotheca Patrum f.405.

Paulo

Paulo teſtante: unus [illegible] *Ieſus Chriſtus, per quem omnia; & pro ſalute noſtra eundem verum hominem factum unum manſiſſe Filium, nec quartam in Trinitate creviſſe perſonam.* Citant præterea hanc Orationem Iohannes Maxentius in Catholica profeſſione de Chriſto, & Agobardus Epiſcopus Lugd. pag. 33. Liberatus Diaconus in Breviario, cap. 10.

II. Loco poſui eiuſdem Homiliam *de Domini noſtri Ieſu Chriſti Nativitate*, quam habuit Epiſcopus adhuc Cyzici conſtitutus, in Eccleſia Conſtantinopolitana vivo & & præſidente adhuc Neſtorio, quæ extat Tomo 1. Conciliorum generalium par. 1. cap. 1. editionis Romanæ, & in Commeliniana Heidelbergenſi fol. 249.

III. Orationem *in Tranſformationem Domini*, quam ex Cod. ms. Bibliothecæ Palatinæ nunc primum vulgamus Græce & Latine, ſed admodum corruptam. Communicavit eam

eam nobiſcu [illegible] inus Gruterus I.C. Illuſtriſſimique Principis Palatini Bibliothecarius, vir & mea laude & ſeculo major; quæ etiam extat in Cherſoneſo Caffæ Tauricæ, ut notat Poſſevinus in appendice Biblioth. ſacræ. fol. 119.

IV. Literas Synodicas ad Domnum Epiſcopum, quæ extant Græcè in Concilio Chalcedonenſi actione 14. fol. 394.

V. Epiſtolam ad Ioannem Antiochiæ Epiſcopum, quæ habetur Latina ſaltem in quinta Synodo collatione 5. & 6. fol. 363. & fol. 377. tomo 2. editionis Romanæ.

VI. Iterum habes Epiſtolam ad Domnum ex interpretatione Dionyſij Exigui; quam ex membranis noſtris Concilij Chalcedonenſis tibi exhibemus.

VII. Comparet interpretatio libelli *de fide ad Armenios* ejuſdem Dionyſij Exigui, quam ex Bibliotheca Patrum Tom. 1. fol. 406. deſcripſi.

VIII.

VIII. Ex Bibliotheca Palatina & ms. Cod. tibi offerimus homiliam *in Chriſti natalitia* Græcè ſolum; ſed ita fœde à librarijs acceptam, ut ſenſum, niſi in paucis, aſſequi nequeas. Volui tamen inemendatam potius dare, quam totam omittere.

IX. Habes fragmentum *de Traditione divinæ Liturgiæ* à Guilhelmo Morellio Pariſijs An. M. D. LXI. editum.

X. Homiliam Latinam *in laudem Iohannis Chryſoſtomi*, quam Baronius recitat ex antiquo Lectionario tomo 5. Annal. num. 3. ad An. Chriſti CCCCXXXIIX.

Hæc ſunt, quæ reperire ego potui de Procli hujus operibus. Edidit præ[illegible]a egregiam orationem ſuper ver. Ezechielis, cap. 39. *Vaticinare fili hominis contra Gog & Magog*, cujus meminit Socrates*, & aliam, in illud Eſaiæ, cap. 9. *Puer natus eſt nobis*, quam citat Theodorus Monachus, & Patres Concilij Chalcedonenſis*. *In Paſſio-*

* *   nem

* Lib. VII. cap. 42, Sixtus Senenſis Bibliothecæ ſanct. lib. IV. fol. 292.

* Act. 16.

nem Domini, [illegible]*ctum Andream Apoſtolum, de Græca Theologia*, ut obſervat Poſſevinus in apparatu ſacro * & appendice *.

* Tom. 2. fol. 298.
* Fol. 40. 42. 46. 119.

Moritur ſub Theodoſio II. anno Chriſti CCCCXLVI. Cum ſediſſet annos XII. & menſes tres *.

* Nicephor. Chronol: Paſvin. in Chr. Eccleſ. Baro. tom. 6. Annal. an. 446 Menol. Græcor. die 24. Octobris.

Et hæc obiter de Proclo noſtro. Rogamus obnixè omnes bonæ mẽtis candidatos, veræ & antiquæ pietatis amatores, eruditoſque Bibliothecarios, ut ſi quid hujus Procli penes ſe habent, in publicum proferant, aut nobiſcum communicent. Hoc infelici ſeculo talium virorum ſcriptis Eccleſia Dei vehementer indiget, in quibus certat pietas cum eruditione. Certè cum de Deo & rebus divinis ſermo eſt, cautè, propriè & magna cum reverentia loquuntur, nec paſſim eructant tot mõſtra opinionum & blaſphemiarum, ut novi noſtri, qui prodeunt cottidè fanatici, quorum libri ſcatent impuris καινοφωνίαις, ſinuoſis circuitionibus, flexuoſis ambagibus.

bagibus, & inutilibus ſyllogiſmis, quibus ſtatus laceſſitur omnipollentis Dei, & ſimplex fidei ratio convellitur. Sanè eſſet è re Chriſtiana illorum præcipitem in ſcribendo temeritatem & ἀθυροστόμους γλώσσας artiſſimis vinculis frenari, qua & fidelium animas lædunt, & ſeipſos in inferni præcipitium detrudunt, ut ait ſanctiſſimus Alexandrinorum Epiſcopus Cyrillus*. Sed de his alibi fortaſſe commodior expoſtulandi locus erit; nunc have mi Lector, & brevi *Acta Latina Concilij Chalcedonenſis* à nobis exſpecta, ex membranis vetuſtiſſimis infinitis locis emendata, & NOTIS illuſtrata.

*Lib. 2. contra Neſtoriū, fol. 23. to. 1. Con. Rom.

IN PROCLI
ARCHIEPISCOPI
Conſtantinopolitani
opuſcula

à Clariſsimo Viro
GEVERHARTO
ELMENHORSTIO
nunc primum junctim
in lucem edita.

EN lumen illud ſplendidum quo Græcia
Florebat olim terra PROCLVS *horridis*
Iacuit tenebris nunc tot annos obrutus;
Os aureum almi rore ſtillans nectaris,
Flumenq́; cæleſti eloquentia affluens,
Latuit tot annos nomine ipſo incognitum,
Mendisq́; fœdum ubique, culpa temporis,
Quod cuncta vitijs atque barbarie inficit.
Donec medente dexterâ ELMENHORSTIVS
Terſit tenebras, redditq́; priſtinum
PROCLO *decorem, qui coruſcus omnibus*
Exinde ſæclis luce fulgebit nova.
Verum perenni famæ adorea inclytum
Tuum vigebit nomen, idq́; ſquallidæ
Metuent tenebræ oblivionum tinguere,
Vir magne, noſtri lucidum ſæcli decus,
Per quem recentem PROCLVS *aſpicit diem,*
Vitamq́; ſperant poſtmodum plures novam.

LVCAS HOLSTEINIVS.

TOY

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ
ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΠΡΟΚΛΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ
τὰ σωζόμενα.

ΠΡΟΚΛΟΥ ΑΡΧΙΕπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, πρὸς Ἀρμενίους, Περὶ πίστεως.

Τοῖς θεοφιλεστάτοις καὶ θεοσεβεστάτοις ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις, καὶ ἀρχιμανδρίταις τοῖς οὖσι κατὰ πᾶσαν τὴν Ἀρμενίαν τῆς ὀρθοδόξου ἁγίας ἐκκλησίας, Πρόκλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΟΥ μετρίως ἀδελφοὶ, συνέχεεν ἡμῶν τὴν ψυχὴν καὶ τὸν λογισμὸν τῇ τυράννῳ λύπῃ, καὶ ἔτρωσεν ἡ φήμη τῶν νεαρῶν τῆς ἀπάτης ζιζανίων, ἅπερ ἔναγχος τῇ ὑμετέρᾳ πανούργως ἐπέσπειρε χώρᾳ ὁ κοινὸς τῆς φύσεως ἐχθρός. πλήττειν γὰρ ἀφορήτως ἡ τῶν ἀπευκτῶν εἴωθεν ἀκοὴ τὴν μή πω προγυμνασθεῖσαν ἐν τῇ τοιαύτῃ μελέτῃ ψυχήν. καὶ τοσούτῳ πλέον χαλεπώτερον τοξεύει, καὶ βάθους εἰσω-

θοῦσα

PROCLI EPISCOPI Conſtantinopolitani ad Armenios, *De Fide.*

Dei amantiſſimis ac religioſiſſimis Epiſcopis & Preſbyteris & Archimandritis per univerſam Armeniam orthodoxæ ſanctæ Eccleſiæ, Proclus in Domino gaudere.

Interprete

Antonio Agellio Epiſcopo Acernenſi.

NON *mediocriter, fratres, animum rationemque noſtram violento mærore confudit ac ſauciavit rumor novellorum ac fallacium zizaniorum, quæ nuper in veſtra regione communis illæ noſtra naturæ inimicus callide ſuperſeminavit. Solet enim triſtium rerum rumor intolerabili vulnere animum percutere, nondum ejuſmodi exercitationibus aſſuetum: tantoque acerbius ferit, telaque altius* *infigit, quanto periculum non in concreta corporis natura ſiſtit, ſed gliſcente fama ſubtiliorem animi ſtatum obſidet, ſermone diſpergens pretioſam illam Fidei veſtem aut diſciſſam eſſe, aut prorſus deprædatione ſublatam. Omnem etenim virtutem ÿ expetendam putant, in quibus rationis vis non fuerit culpa naturæ materialis obſcurata; omne quoque vitium à prudentibus viris jure fugiendum cenſetur, quippe cum ex adverſo pugnet cum ipſa natura eo ipſo quod eſt contra naturam. Sicut enim id quod utile eſt eligentibus, neceſſario tuendum eſt, ita quod ejuſmodi non eſt, ac potius contrarium, aut præſens repellendum eſt, aut ſi metuitur, ne eveniat ſollicite præcavendum. Virtutis igitur multæ ſunt ſpecies, hanc autem variè definierunt, ſive Gentiles qui errore ducuntur, & quorum diſcernendi ſubtilitatem ignoratio divinitatis obſcurat; ſeu Chriſtiani, qui Fidei luce mentis oculos illuminatos habentes, ſolem juſtitiæ*

θοῦσι τὰ βέλη, ὅσῳ τὸν κίνδυνον οὐ περὶ τὴν τοῦ σώματος ἵστησι παχύτητα, ἀλλὰ τὸν ἄϋλον πολιορκεῖ τῆς ψυχῆς, τὸ ἔντιμον τῆς πίστεως διαφυλάττουσα, ἢ ἐλεεινῶς διεῤῥῆχθαι, ἢ παντελῶς σεσυλῆσθαι ἱμάθιον. πᾶσα μὲν γὰρ ἀρετὴ περισπούδαστος ὑπάρχει, τοῖς τὸ λογικὸν μὴ ἀμαυρωθεῖσιν ὑπὸ τῆς ὕλης. πᾶσα δὲ κακία βδελυκτὴ οὐκ ἀπεικότως τοῖς εὖ φρονοῦσι κρίνεται, οἷα δὴ καὶ ἐναντιότητα πολεμοῦσα τῇ φύσει τῷ παρὰ φύσιν. ὥσπερ γὰρ τὸ συμφέρον τοῖς αἱρουμένοις, ἀναγκαίως περιμάχητον, οὕτω τὸ μὴ τοιοῦτον, ἀλλὰ ἀντικείμενον ἢ παρὸν ἀποβολῆς ἄξιον, ἢ προσδοκώμενον τὸ μὴ συμβῆναι φροντίδος οὐκ ἀλλότριον. Ἀρετῆς μὲν οὖν εἴδη πολλά. Διαφόρως δὲ ὡρίσαντο περὶ ταύτης, οἵ τε ὑπὸ πλάνης ἀγχόμενοι ἴσ. ἀγόμενοι Ἕλληνες, καὶ τὸ ἀκριβὲς τῆς διακρίσεως ὑπὸ τῆς περὶ τὸ θεῖον ἀγνοίας ἐπισκοτούμενοι· καὶ οἱ διὰ πίστεως τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας πεφωτισμένοι Χριστιανοί, καὶ πρὸς τὸν τῆς δι-

juſtitia clarius per confeſsionem intuentur. Illi namque in ſuis cogitationibus velut in tenebris offendentes, & propt anticipatam opinionem, animum habentes duce ac rectore deſtitutum, ſuarum ratiocinationum ductu periculoſum iter ingrediuntur; nihil in ijs quæ decernunt, præter fluxam & inſtabilem viſibilium rerum naturam attrectantes, cum veræ contemplationis aciem aut vi temporis hebetem habeant, aut erroris vitio obcæcatam amiſerint. Aiunt enim quatuor eſſe ſpecies virtutis, ideſt, juſtitiam, prudentiam, temperantiam ac fortitudinem: quæ licet bonæ atque honeſtæ eſſe videantur, humi tamen repunt, & circa terram innatant, & longe inferiora ſunt cæleſti faſtigio. Cum enim fortitudinem dixerint, quæ adverſus materiam luctatur, ac temperantiam quæ vitia paſsioneſque ſuperat, & prudentiam quæ in gubernatione Reipublicæ plurimum pollet, juſtitiam præterea optimam illam æqualitatis diſtributionem: huic quidem vitæ ut ipſi putabant, ordinem conſtituerunt, cum hac defi-

juſtitię clarius per confeſsionem intuentur. Illi namque in ſuis cogitationibus velut in tenebris offendentes, & propter anticipatam opinionem, animum habentes duce ac rectore deſtitutam, ſuarum ratiocinationum ductu periculoſum iter ingrediuntur; nihil in iis quę decernunt, prćter fluxam & inſtabilem viſibilium rerum naturam attrectantes, cum verę contemplationis aciem aut vi temporis hebetem habeant, aut erroris vitio obcæcatam amiſerint. Aiunt enim quatuor eſſe ſpecies virtutis, id eſt, juſtitiam, prudentiam, temperantiam ac fortitudinem: quę licet bonę atque honeſta eſſe videantur, humi tamen repunt, & circa terram innatant, & longe inferiora ſunt cæleſti faſtigio. Cum enim fortitudinem dixerint, quę adverſus materiam luctatur, ac temperantiam quę vitia paſsioneſq; ſuperat, & prudentiam quę in gubernatione Reipublicę plurimum pollet, juſtitiam prćterea optimā illam ęqualitatis diſtributionem: huic quidem vitę ut ipſi putabant, ordinem conſtituerunt, cum hac defi-

nitione illam in utramque partem exceſſus immoderantiam repreſsiſſent; ſed ſublimius aliquid, & præſenti vita præſtantius neque cogitare, neque exprimere potuerunt, ſed per obſcurati cordis inſipientiam, quantum in ipſis fuit, virtuti vim afferentes, eam in his tantum quæ videntur, incluſerunt, nihilque illi ſublime & cœleſti converſationi perſimile conceſſerunt. Qui vero per Fidem illuminatos habent oculos cordis, quorum inſtructor ac magiſter eſt beatus Paulus, virtutem definierunt eſſe quæ nos ad Deum evehit, & ea quæ in terris ſunt, ordinate moderatur. Itaque hic ipſe vir in omnibus celebrandus, multas enumeravit ſpecies virtutis, ſed tria hæc præcipue prædicavit, Fidem, ſpem, caritatem: ex quibus Fides quæ ſuper naturam ſunt, largitur hominibus, rebus intelligibilibus admiſcens, qui adhuc materiale indumentum geſtat multis paſſionibus obnoxium: nam quæ Angelorum, reliquarúmque incorporearum virtutum natura propter excellentiam ignorat,

ὅρῳ τὴν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ πλείονος ἀμετρίαν. ὑψηλὸν δὲ καὶ τῆς παρούσης λέξεως κρεῖττον, οὐδὲ νοῆσαι οὐδὲ ἐκθέσθαι τι ἠδυνήθησαν· ἀλλὰ τῷ ἀσυνέτῳ τῆς πεπωρωμένης καρδίας βιαζόμενοι τό γε ἐπ' αὐτοῖς τὴν ἀρετὴν, τοῖς ὁρωμένοις αὐτὴν περιέκλεισαν μόνον, μηδὲν συγχωρήσαντες ἔχειν ὑψηλόν τι καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν εὐκοσμίας ἐφάμιλλον. οἱ δέ γε πεφωτισμένοι διὰ πίστεως τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας, ὧν καθηγητὴς καὶ διδάσκαλος, ὁ μακάριος ὑπάρχει Παῦλος, ἀρετὴν ὡρίσαντο τὴν πρὸς τὸν θεὸν ἀναπτεροῦσαν, καὶ τὰ περὶ γῆν ἐν πράξει πηδαλιουχοῦσαν. Τοιγαροῦν αὐτὸς οὗτος ὁ ἐν πᾶσιν ἀοίδιμος πολλὰ μὲν ἀπηρίθμησεν ἀρετῆς εἴδη. τρία δὲ ταῦτα ἐξαίρετα ἀνεβόησε πίστιν, ἐλπίδα, καὶ ἀγάπην· ὧν, ἡ μὲν πίστις, χαρίζεται τοῖς ἀνθρώποις τὰ ὑπὲρ φύσιν, τοῖς νοητοῖς ἤδη καταμιγνύουσα τοὺς ἔτι φοροῦντας τὸ πολυπαθὲς τῆς ὕλης ἱμάτιον· ἃ γὰρ ἡ τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν λοιπῶν ἀσάρκων δυνάμεων ἠγνόησε διὰ μέγεθος

ἴσ. λήξεως.

μεγέθους φύσις. τούτων τοῖς χαμαὶ βαδίζουσι, καὶ ἐπὶ γῆς κυλινδουμένοις ἀνθρώποις τὴν ἐπιστήμην, χαρίζεται ἡ πίστις. προσπαίζουσί τε τῷ βασιλικῷ καὶ ἀσχηματίστῳ θρόνῳ. καὶ ἀκριβῆ τὴν ἔλλαμψιν ἐκείνου τῆς ἀνάρχου καὶ ἀκτίστου φύσεως, τῇ τε οἰκείᾳ ἀστραπῇ, καὶ τὴν ἀχλὺν τῶν αἰσθήσεων ἀπελαύνουσα, καὶ ἔτι παχὺ καὶ νεφῶδες τῶν τῇ θεοῦ τοῦ ἀποστήσασα, ποιεῖ γὰρ τρανῶς ἐκεῖνα ὁρᾶν ἃ τῷ μὴ φαίνεσθαι ὁρᾶται; καὶ τῷ ἀπροσίτῳ καταλαμβάνεται· Ἡ δὲ ἐλπὶς οὐκ ὀνειροπολεῖν ἀξίως ὥς ἄν τις εἴποι, ἀλλὰ γενναίως κρατεῖν ἐν τοῖς παροῦσι παρασκευάζει τὰ μέλλοντα· τῆς ἀναμφιβόλου πληροφορίας τὸ μή πω παρὸν τῷ χρόνῳ ὡς ἑστὸς ἤδη τῷ λογισμῷ ἐγχειρίζουσα, καὶ σχεδὸν τὸ προσδοκώμενον ὑπ' ὄψιν ἄγουσα. ὑπερβᾶσα γὰρ ἡ ἐλπὶς τὰ ἐμποδὼν κωλύματα, συνάπτει τὸ ποθοῦν πρὸς τὸ ἐρώμενον, τὸ παραῤῥέον τοῦ χρόνου τῇ τοῦ μέλλοντος σχέσει νικῶσα. Ἡ δὲ ἀγάπη τοῦ καθ' ἡμᾶς μυστηρίου ἐστὶ τὸ κεφάλαιον·

ὅρων τὴν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ πλείονος ἀμετρίαν. ὑψηλὸν γὰρ καὶ τῆς παρούσης *λέξεως κρεῖττον, οὐδὲ νοῆσαι οὐδὲ ἐκθέσθαι τι ἠδυνήθησαν. ἀλλὰ τῷ ἀσυνέτῳ τῆς πεπωρωμένης καρδίας βιασάμενοι τό γε ἐπ' αὐτοῖς τὴν ἀρετὴν, τοῖς ὁρωμένοις αὐτὴν περιέκλεισαν μόνον, μηδὲν συγχωρήσαντες ἔχειν ὑψηλόν τε καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν εὐκοσμίας ἐφάμιλλον. οἱ δέ γε πεφωτισμένοι διὰ πίστεως τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας, ὧν καθηγητὴς καὶ διδάσκαλος ὁ μακάριος ὑπάρχει Παῦλος, ἀρετὴν ὡρίσαντο τὴν πρὸς τὸν θεὸν ἀναπτεροῦσαν, καὶ τὰ περὶ γῆν ἐν τάχει πηδαλιουχοῦσαν. Τοιγαροῦν αὐτὸς οὗτος ὁ ἐν πᾶσιν ἀοίδιμος πολλὰ μὲν ἀπηρίθμησεν ἀρετῆς εἴδη. τρία δὲ ταῦτα ἐξαίρετα ἀνεβόησε πίστιν, ἐλπίδα, καὶ ἀγάπην. ὧν, ἡ μὲν πίστις, χαρίζεται τοῖς ἀνθρώποις τὰ ὑπὲρ φύσιν, τοῖς νοητοῖς ἤδη καταμιγνῦσα τὸν ἔτι φοροῦντα τὸ πολυπαθὲς τῆς ὕλης ἱμάτιον· ἃ γὰρ ἡ τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν λοιπῶν ἀσάρκων δυνάμεων ἠγνόησε διὰ

*ἴσ. λήξεως.

μέγεθος φύσις, τούτων τοῖς χαμαὶ βαδίζουσι, καὶ ἐπὶ γῆς κυλινδουμένοις ἀνθρώποις τὴν ἐπιστήμην, χαρίζεται ἡ πίστις, προσάγουσά τε τῷ βασιλικῷ καὶ ἀσχηματίστῳ θρόνῳ. καὶ ἀκριβῆ τὴν ἔλλαμψιν ἐνιεῖσα τῆς ἀνάρχου καὶ ἀκτίστου φύσεως, τῇ τε οἰκείᾳ ἀστραπῇ, καὶ τὴν ἀχλὺν τῶν αἰσθήσεων ἀπελαύνουσα, καὶ εἴ τι παχὺ καὶ νεφῶδες τῶν τῇδε, τοῦ νοῦ ἀποστήσασα, ποιεῖ γὰρ τρανῶς ἐκεῖνα ὁρᾶν ἃ τῷ μὴ φαίνεσθαι ὁρᾶται; καὶ τῷ ἀπροσίτῳ καταλαμβάνεται· Ἡ δὲ ἐλπὶς οὐκ ὀνειροπολεῖν ἀξίως ὡς ἄν τις εἴποι, ἀλλὰ γενναίως κρατεῖν ἐν τοῖς παροῦσι παρασκευάζει τὰ μέλλοντα· τῆς ἀναμφιβόλου πληροφορίας τὸ μήπω παρὸν τῷ χρόνῳ ὡς ἐνεστὸς ἤδη τῷ λογισμῷ ἐγχειριζούσης, καὶ σχεδὸν τὰ προσδοκώμενα ὑπ' ὄψιν ἀγούσης, ὑπερβᾶσα γὰρ ἡ ἐλπὶς τὰ ἐμποδὼν κωλύματα, συνάπτει τὸ ποθοῦν πρὸς τὸ ἐρώμενον, τὸ παραῤῥέον τοῦ χρόνου τῇ τοῦ μέλλοντος σχέσει νικῶσα. Ἡ δὲ ἀγάπη τοῦ καθ' ἡμᾶς μυστηρίου ἐστὶ τὸ κεφάλαιον.

rat, eorum ſcientiam hominibus qui humi repunt; & in terra volutantur, largitur Fides, cum ad regalem thronum quem nullæ claudunt figuræ, perducat, & illius principio carentis & increatæ naturæ olarum ſplendorem immittat, ſuoque fulgore non modo ſenſuum caliginem expellat, verum etiam quicquid hic craſſum & nubilum eſt à noſtro intellectu diſcutiat. Facit enim ut ea clare conſpiciat, que eo ipſo quod ad ea pertingi non poteſt, conſpiciuntur, & eo ipſo, quod ſunt inacceſſa, comprehenduntur. Spes autem efficit non ut belle ſomniemus, ut ita dicam, ſed ut ſtrenue in præſentibus futura teneamus; cum firma illa certitudo id quod tempore nondum eſt præſens, cogitationi perinde ac ſi tam adeſſet, exhibeat, & quæ expectantur, pene ſub aſpectum perducat. Spes enim objecta impedimenta tranſgrediens, deſiderantem cum deſiderato connectit, flexámque temporis naturam futurarum rerum comprehenſione ſuperat. Charitas vero ſanctæ religionis noſtræ caput eſt.

Hæc namque Deum Verbum cum præſens jugiter eſſet in terris, ad nōs per carnem venire perſuaſit. Ambæ igitur inter ſe conveniunt, nam Fides ſpeculum eſt charitatis, & charitas confirmatio Fidei. Credimus Deum Verbum citra paſſionem incarnatum, & piè credimus. hæc namque ſalutis noſtræ fundamentum eſt: quin etiam diligimus eum qui propter nos formam ſervi ſuſcepit, ita ut nec mutationem ullam ſuæ naturæ ſubiret, neque Trinitati acceſſionem faceret. Omnis itaque Chriſtianus qui non eſt fide & ſpe & charitate dives, id non eſt, quod dicitur: atque etiam ſi corpus ſuum in ſervitutem redigere videatur, & ab animi paſſionibus eſſe liber, cum virtutem tantummodo moralem perfecerit, victoriæ coronam haud conſequetur: quippe qui ad illum per agnitionem divinitatis minime pervenerit, qui coronarum eſt diſtributor. Fides igitur, quæ omnium ſicut prædixi, virtutum eſt caput, ſyncera ſervetur,

nihil

λαιον· αὐτὴ γὰρ τὸν θεὸν λόγον ἐπὶ γῆς ἀεὶ παρόντα ἐλθεῖν διὰ σαρκὸς ἐδυσώπησεν, ἑκάτερα τοίνυν ἀλλήλαις συμβαίνει, ἡ μὲν γὰρ πίστις ἐσοπτρόν ἐστιν ἀγάπης· ἡ δὲ ἀγάπη βεβαίωσις ὑπάρχει πίστεως, πιστεύομεν ὅτι ὁ θεὸς λόγος ἀπαθῶς ἐσαρκώθη, καὶ εὐσεβῶς πιστεύομεν. αὕτη γὰρ τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ἡ κρηπίς· ἀλλὰ καὶ ἀγαπῶμεν τὸν δι' ἡμᾶς τὴν τοῦ δούλου μορφὴν λαβόντα; καὶ μήτε φύσεως τροπὴν ὑπομείναντα, μή τι προσθήκην τῇ τριάδι ἐργασάμενον. Πᾶς τοίνυν χριστιανὸς ὁ μὴ πλουτῶν πίστει, καὶ ἐλπίδι, καὶ ἀγάπῃ, οὐκ ἔστιν ὃ λέγεται· ἀλλ' εἰ καὶ δοκεῖ πολλάκις δουλαγωγεῖν τὸ σῶμα, καὶ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν ἐλευθεριάζειν τὴν ἠθικὴν μόνην ἀρετὴν κατορθώσας, τῶν τῆς νίκης στεφάνων οὐκ ἀξιοῦται, οἷα δὴ πρὸς ἐκεῖνον τῇ θεολογίᾳ μὴ φθάσας τὸν βραβευτὴν ὄντα τῶν στεφάνων. πίστις τοίνυν καθὰ προέφην, πασῶν τῶν ἀρετῶν ὑπάρχουσα κεφάλαιον, φυλαττέσθω ἀνόθευτος, μηδὲν κίβδηλον

ἐπα-

ἐπαγομένη ἐκ λογισμῶν ἀνθρωπίνων· μήτε μὴν βεβήλοις * κενοφωνίαις ἐπιθολουμένη, ἀλλ' εἴσω τῶν εὐαγγελικῶν τε καὶ ἀποστολικῶν μένουσα ὅρων. μηδενὸς τολμῶντος παρεγχειρεῖν τῇ δι' ἧς ἐσώθημεν, καὶ ἣν. ἐν τῷ βαπτίσματι τῇ γλώττῃ ἐχειρογραφήσαμεν· ἀποπέμπεται γὰρ τὸ ὕψος τῆς πίστεως πᾶσαν ἔφοδον θράσους, καὶ τόλμαν· οὐ μόνον ἀνθρωπίνην, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ φύσεως ἀσάρκου κορυφουμένην, τοῦ μακαρίου Παύλου βοῶντος· ἐὰν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανῶν εὐαγγελίζηται ὑμᾶς παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. λειτουργεῖν γὰρ ἄγγελος ἐτάχθη, οὐ δογματίζειν, καὶ ἐπισφαλὲς τυγχάνει τὸ μὴ ἕκαστον ἐν οἷς ἐτάχθη ἐμμένειν, ἀλλ' ἐπιχειρεῖν τοῖς ὑπὲρ φύσιν, ὥστε εἰ καὶ τὸ τῆς φύσεως ὁ τολμῶν ἐπάγοιτο ἀξιόπιστον, ἀπαράδεκτος ἔστω ἡ καινοτομία τοῦ κηρύγματος. Φυλάξωμεν τοίνυν ἀνυστάκτως ἃ παρελάβομεν, ἀμετεώριστον ἀεὶ ἐπὶ τῷ θησαυρῷ τῆς πίστεως, τὸ τῆς ψυχῆς διανοίγοντες ὄμμα.

nihil ex humanis ratiocinationibus adulteratum admittens, neque profanis vocum nouitatibus inquinata, ſed intra Evangelicos & Apoſtolicos terminos conſiſtens, ita ut nemo præter eam aliquid audeat, per quam ſaluati ſumus, & quam in baptiſmate lingua miniſterio ſcripſimus. Nam ſublimitas Fidei omnem audaciæ impetum conatumque repellit, non modo humanum, verumetiam ab incorporea natura ſublimiter admotum, beato Paulo dicente: ſi nos aut angelus de cælo euangelizauerit vobis præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Galat. 1. *In miniſtrandi namque ordine locatus eſt angelus, non dogmata præſcribendi: & periculoſum ſane eſt non in eo quemque ordine conſiſtere in quo collocatus eſt, ſed ea quæ ſupra naturam ſuam ſe aggredi. Itaque ſi quid auſus, naturæ ſuæ afferat auctoritatem, prædicationis nouitas ne recipiatur. Igitur quæ accepimus, vigilantiſſime ſeruemus, defixam ſemper in Fidei theſauro animi aciem habentes.*

Quid

Quid autem è ſcripturis accepimus, niſi hoc prorſus, quod Deus verbo mundum condidit, & creaturam quæ prius non erat, produxit: quod lege naturali rationale animal honeſtavit: quod eius libero arbitrio mandatum dedit indicans quid expediret, ut optima electione quod erat noxium vitaret: quod ille etiam voluntarius hominis ad deteriora motus, contumacem expulit à paradiſo: quod præterea per patres ac patriarchas, per legem, & judices & prophetas ille formator naturam erudivit ut peccata reſpueret, juſtis actionibus ſtuderet: quod poſtremo cum volentibus nobis peccatum dominaretur, diabolus vero in pænam delinquendi commune naturæ totius exitium exigeret, quippe cum lex naturalis obſcurata eſſet, & ſcripta contemnerentur, & quamvis Prophetæ monerent utpote homines quæ facienda eſſent, non tamen à vitio ac pernitie liberarent, tum denique Deus ipſe figura carens, ſine initio, incircumſcriptus & omnipotens

μας τί δὴ ἐκ τῶν προφητῶν παρελάβομεν, ὃ πάντως ἐστὶ, ὅτι ὁ θεὸς ἐδημιούργησε λόγῳ τὸν κόσμον, καὶ παρήγαγεν εἰς σύστασιν ὅλην τὴν κτίσιν· ὅτι ἔμεν φυσικῷ τὸ λογικὸν ἐσήμανε ζῷον· ὅτι δέδωκεν ἐντολὴν τῷ αὐτεξουσίῳ, ὑποδεικνὺς τὸ συμφέρον, ἵνα φυγὼν ἐκκαλλύσῃ αἱρέσει τὸ βλαβερόν. καὶ ὅτι ὁ ἐθελούσιος πρὸς τὸ χεῖρον τῶν ἀνθρώπων ὁρμὴ, ἐξέλαγον ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον τοῦ παραδείσου. ὅτι διὰ πατέρων καὶ πατριαρχῶν, καὶ νόμου, καὶ κριτῶν, καὶ προφητῶν ἐπαίδευσεν ὁ πλάσας τὴν φύσιν· καταφρονεῖν μὲν τῆς ἁμαρτίας, φροντίζειν δὲ τῆς δικαιοπραγίας. ἐπεὶ πολὺς εἰς ἐπικράτειαν βουλομένων ἡμῶν ἡ ἁμαρτία, ὁ δὲ διάβολος νικῶν τῆς πλημμελοῦς αἰτίας τὴν τῆς φύσεως εὐλάβειαν. οἷα δὴ καὶ τοῦ φυσικοῦ νόμου ἀμαυρωθέντος, καὶ τοῦ γραπτοῦ φαυλισθέντος, καὶ τῶν προφητῶν ὡς ἀνθρώπων ὑποπτευθέντων τοῦ πρακτικοῦ, ἀλλ' οὐκ ἐξαρκεσάντων τοῦ χείρονος αὐτοὺς ὁ θεὸς ὁ ἀσχημάτιστος, καὶ ἄναρχος, καὶ ἀπερίγραπτος, καὶ πα-

πανπεδιώσαμος λόγος ἐνθάδ' ἐσαρκώθη. τὸ γὰρ δυνατὸν παρελθεῖν αὐτὸν Βηθλεέμ· καὶ λαβὼν τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, ἐγένετο σὰρξ, καὶ ἐτέχθη ἐκ παρθένου, πανταχοῦ βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι κατ' ἀλήθειαν γέγονεν ἄνθρωπος· ἀναγκαίως γὰρ τῇ φύσει παρέπονται αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ σχήματα, καὶ τὰ πάθη. οὐδὲ γὰρ λέγει ὁ εὐαγγελιστὴς ὅτι εἰσῆλθεν εἰς τέλειον ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐγένετο σάρξ. ἐπ' αὐτὴν τὴν καταβολὴν τῆς φύσεως φθάσας, καὶ εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως ἀναδραμών. ὥσπερ γὰρ ὁ τικτόμενος κατὰ φύσιν ἄνθρωπος, οὐκ εὐθὺς τέλειος ταῖς ἐνεργείαις πρόεισιν. ἀλλ' αὐτὴ ἡ καταβολὴ τῆς φύσεως πρῶτον γίνεται σάρξ. εἶτα τῷ χρόνῳ κατὰ μικρὸν προσλαμβάνει τὰς πρὸς ἀπαρτισμὸν τῶν αἰσθήσεών τε καὶ ἐνεργειῶν συντελούσας δυνάμεις. οὕτως ὁ θεὸς λόγος ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀρχὴν καὶ ῥίζαν τῆς ἀνθρωπείας γενέσεως ἀναδραμὼν, πρῶτον γέγονε σάρξ, οὐ τραπεὶς εἰς σάρκα, μὴ γένοιτο. ἀμείνων γὰρ ἡ θεότης ἀλλοιώσεως ἀνωτέρα· ἐπείπερ τὸ τρεπτὸν, παρηλλαγμένης φύσεως πάθος· τὸ γὰρ ἀΐδιον καὶ ἀεὶ ὡσαύτως

ἐχούσης

potens Verbum adveniens incarnatum eſt aderat enim illi poſſe cum vellet, & formam ſervi accipiens caro factum eſt, & natum ex Virgine, ubique volens oſtendere vere ſe hominem factum. ipſam enim naturam neceſſario & initia & habitus & paſſiones conſequuntur. Neque enim dicit Evangeliſta in hominem jam perfectum intraſſe, ſed carnem factum eſſe, ad ipſa noſtræ naturæ primordia perveniens, & ad ipſa generationis initia recurrens Sicut enim qui naturæ ordine gignitur homo, non ſtatim perfectus ad operandum prodit, ſed ipſa naturæ initia primum caro fiunt, deinde tempore progrediente paulatim vires accipiunt quæ ad integritatem ſenſuum & operationum conferant ſic DEUS Verbum ad ipſa initia radicemque generationis humanæ recurrens, primum caro factum eſt, non quod in carnem ſit verſum, abſit; manet namque divinitas omni mutabilitate ſuperior; mutatio enim, naturæ fluentis eſt paſſio, ſed perenniter ſtabilis ac ſemper eodem ſe habentis modo na-

turæ, incommutabilitas eſt propria. Fatemur igitur utriſque ſcripturæ vocibus utentes, & carnem factum eſſe, & ſervi formam accepiſſe, & utraque pie intellecta ſalutis nobis ſunt ſemina. Nam per id quod dixit, Factum eſt, individuam ſummæ unionis vim Evangeliſta ſubindicat. Vt enim unitas dividi in duas unitates non poteſt, nam ſi dividatur, iam non erit unitas, ſed dualitas; ſic quod per ſummam unionem eſt unum, nunquam in duo dividetur. Porro verbum, Accepit, naturæ immutabilitatem declarat. Nam quia omne quod fit, aut non exiſtente fit, ut cœlum quod ante non erat; aut ex aliquo extante in aliud convertitur, ut Nili fluenta ex aquis in ſanguinem ſunt mutata; & neutrum divinæ naturæ congruit; neque enim ex nullis extantibus productus eſt, qui nunquam initium habuit, neque ex aliquibus extantibus immutatum illud incommutabile verbum; ideo divina Scriptura ut per utrumque Verbum & immutabilitatem Deitatis & myſterij individuam unita-

Exod. 7.

ἐχούσης τὸ ἄτρεπτον ἴδιον. Φαμὲν καὶ ἑκατέραις κεχρημένοι ταῖς γραφικαῖς φωναῖς ὅτι καὶ ἐγένετο σάρξ, καὶ ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, καὶ ἐκένωσεν εὐσεβῶς νοούμενα, σωτηρίας ἡμῶν τυγχάνει αἰτιάματα. Διὰ μὲν γὰρ τοῦ ἐγένετο, τὸ ἀδιαίρετον τῆς ἄκρας ἑνώσεως ὁ εὐαγγελιστὴς ὑπεμφαίνει. ὥσπερ γὰρ ἡ μονὰς οὐκ ἂν τμηθείη εἰς μονάδας δύο, ἡ γὰρ εἰς ταῦτα διαιρεθεῖσα, οὐκ ἔτι μονάς, ἀλλὰ δυάς· οὕτω τὸ ἐν Χριστῷ τῆς ἄκρας ἑνώσεως οὐκ ἂν διαιρεθείη εἰς δύο. τὸ δὲ ἔλαβε, βεβαιοῖ τὸ ἄτρεπτον τῆς φύσεως. ἐπειδὴ γὰρ πᾶν τὸ γινόμενον ἢ ἐξ οὐκ ὄντος γίνεται, ὡς ὁ οὐρανὸς μὴ πρότερον ὤν, ἢ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἀλλοιοῦται, ὡς τὸ Νειλῷον ῥεῖθρον ἐξ ὕδατος εἰς αἷμα μετεβλήθη· ἑκάτερα δὲ ἐπὶ τῆς θείας φύσεως ἀνάρμοστα. οὔτε γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων παρήχθη ὁ ἀεὶ ἄναρχος· οὔτε ἐξ ὄντων ἐτράπη ὁ ἀναλλοίωτος Λόγος. Διὰ τοῦτο δὲ ἑκάτερον καὶ τὸ ἄτρεπτον τῆς θεότητος, καὶ τὸ ἀδιαίρετον τοῦ μυστηρίου, ἡ θεία ὑπεμφαίνουσα γραφὴ τό, ἐγένετο, μήπω καὶ τὸ ἔλαβεν, ἐκήρυξεν. ἵνα διὰ μὲν τοῦ προτέρου, τὸ ἑνικὸν τοῦ προσώπου παραστήσῃ, διὰ δὲ τοῦ ἑτέρου τὸ ἀναλλοίωτον τῆς φύσεως ἐκβοήσῃ. γέγονε τοίνυν ὁ θεὸς λόγος, τέλειος ἄνθρωπος· οὐ κολοβώσας τὴν ἄτρεπτον φύσιν τοῦ ὑπὲρ ἔννοιαν θαύματος· ἀλλὰ πίστει τὸ ταῦτα μεμαθήκαμεν, οὐχ ἑρμηνείᾳ κατειλήφαμεν. καὶ γενόμενος ἄνθρωπος, σώζει τῷ ὁμοιοπαθεῖ τὸ κατὰ σάρκα ὁμόφυλον· γενόμενος ἐκτὸς μὲν τῆς ἁμαρτίας τὸ χρέος τῷ ὑπὲρ ἁπάντων ἀποθανεῖν εἰς ἀνθρώπους καταργήσας· τὸν δὲ τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι, τὸν διάβολον, εἷς μισοπόνηρος θεὸς τοῦτο νόμῳ τὸ δυνατὸν ὑπέδειξε διὰ τῆς πληρώσεως πᾶσαν δικαιοσύνην· καὶ τῇ φύσει τὴν προτέραν εὐγένειαν ἀποδῶναι διὰ τῆς μιμήσεως τοῦ ἐνανθρωπήσαντος τῆς ἐκ γῆς παρ' αὐτοῦ διαπλασθεῖσαν φύσιν. εἷς τοίνυν ἐστὶν υἱός· τριάδα γὰρ ὁμοούσιον προσκυνοῦντες, τέταρτον τῷ ἀριθμῷ οὐκ ἐπιφέρομεν. ἀλλ' ἐστὶν εἷς υἱὸς ὁ ἀνάρχως ἐκ πατρὸς γεννηθείς,

δι' οὗ

tem indicaret, Factum eſt, dixit, & verbum Accepit, pronuntiavit, ut priore verbo unitatem perſonæ commendaret, altero autem immutabilitatem naturæ prædicaret. Deus igitur Verbum factus eſt homo perfectus, ſed aut miraculum quod intelligentiam ſuperat, immutabilem naturam non imminuerit, ſed id fide dedicimus, non inquiſitione comprehendimus. Ac factus homo, cognato ſecundum carnem generi per id quod erat ſimiliter paſſibile ſalutem tribuit, cum peccati quidem debitum, tanquam homo pro omnibus mortuus, perſolviſſet. dejexiſſet autem tanquam execrator mali illum qui habebat mortis imperium, id eſt, diabolum, & legem eſſe poſſibilem oſtendit, omnem implendo juſtitiam, naturaq; noſtræ priſtinam nobilitatem reſtituit, in eo quod homo factus, naturam à ſe de terra formatam honoravit. Vnus igitur eſt filius: nam trinitatem conſubſtantialiter cum adoremus quartum numero non adijcimus, ſed unus eſt filius ſine initio de patre natus, per *quem ſecula facta eſſe credimus: ramus radici coæternus, ille ex patre citra fluxum exortus, Verbum ex illa mente * inſeparabiliter & procedens & manens. nam etiamſi in terris viſus eſt, non tamen eſt à generante ſejunctus. Hic voluit ſalvare quem formavit, & quidem ſalvavit, uterum inhabitans communem naturæ januam; quem cum ſua inhabitatione benedixiſſet, & generatione obſignaſſet, partu qui ſupra naturam fuit oſtendit ſe ſupra rationem fuiſſe hominem factum. Ergo Deus Verbum non alter eſt Chriſtus, & alter Deus: duos namque filios natura divina non novit. illa ſolus unigenitum genuit: ubi enim n eſt conjunctio generantium, ibi duas generatorum non invenitur. In nomine Ieſu Chriſti omne genu flectitur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum. Quod ſi alius eſt Chriſtus, præter Deum Verbum, neceſſe eſt purum hominem eſſe Chriſtum, ut ſtupidi homines dicunt. Si autem purus homo eſt Chriſtus, quomodo illum ſupra ejus naturæ conditionem cæleſtia ve-*

neran-

* Dionyſ. ineffabiliter ἀῤῥήτως.

Philip. 2.

δὲ ὁ ὢν αἰῶνας προϋπάρχων, γεγεννημένος· ὁ συναΐδιος τῇ ῥίζῃ κλάδος, ὁ ἀρρεύστως ἐκ πατρὸς ἐκλάμψας· ὁ ἀχωρίστως τῶν πατρῴων τε, καὶ μόνων λόγος. εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ γῆς ὤφθη, ἀλλὰ τοῦ γεννήσαντος οὐκ ἐχωρίσθη· ὅτε ἠθέλησε· ζῶσαν ἐν ἔπλασε, καὶ ἔσωσέ γε, μήτραν οἰκήσας τὴν κοινὴν τῆς φύσεως πύλην, ἣν καὶ τῇ οἰκήσει εὐλογήσας, καὶ τῇ γεννήσει σφραγίσας, ἔδειξε τῷ ὑπὲρ φύσιν τόκῳ, ἑαυτὸν ὑπὲρ λόγον ἐνανθρωπήσαντα. Οὐκ ἄλλος οὖν ὁ Χριστός, καὶ ἄλλος θεός. ὁ θεὸς λόγος. δύο γὰρ υἱοὺς ἡ θεία φύσις οὐκ οἶδεν· ὁ μόνος, μονογενῆ ἐγέννησεν· ἔνθα γὰρ οὐκ ἔστι συζυγία τῶν τικτόντων, ἐκεῖ οὐχ εὑρίσκεται δυὰς τῶν τικτομένων. ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμπτει, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων. εἰ δὲ ἄλλος ἐστὶν ὁ Χριστὸς παρὰ τὸν θεὸν λόγον· ἀναγκαίως ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστός, κατὰ τὸν τῶν ἐμπλήκτων λόγον. εἰ δὲ ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστός, πῶς τὰ κατὰ φύσιν αὐτὸν προστιμᾷ τε, ἡ ἐρήμια,

ἡ γεκαὶ γονυπετεῖ τὴν ἐπωνυμίαν τοῦ ὑψίστου; πῶς δὲ ἂν δεξώμεθα τὰς προφητικὰς φωνὰς βοώσας· ὁ θεὸς ἡμῶν ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. ὀπτασίαν γάρ φησι, τὴν κατὰ σάρκα φανέρωσιν· καὶ συναναστροφὴν ὀνομάζει τὴν ἐπὶ καιροῦ μετὰ ἀνθρώπων πολιτείαν, ἐν ᾗ δημοσιεύων ὁ ἄφθονος τὸ παντοδύναμον ἔδειξεν, ὅτι ὡς παντοκράτωρ, καὶ ὃ ἦν ἔμεινε δι᾽ ἑαυτὸν, καὶ ὃ ἠθέλησε γέγονεν δι᾽ ἡμᾶς. Εἰ δέ ποτε σκανδάλου παραίτια γίνεται τὰ σπάργανα, καὶ ἡ ἐν φάτνῃ ἀνάκλισις, καὶ ἡ ἐν χρόνοις κατὰ σάρκα αὔξησις, καὶ τὸ καθευδῆσαι ἐν πλοίῳ, καὶ τὸ κοπιάσαι ὁδοιπορήσαντα, καὶ τὸ πεινῆσαι ἐν καιρῷ, καὶ ὅσα τῷ κατὰ ἀλήθειαν γεγονότι συμβαίνει ἀνθρώπῳ· ἴστωσαν ὡς κωμῳδοῦντες τὰ πάθη, ἀρνοῦνται τὴν φύσιν· ἀρνούμενοι δὲ τὴν φύσιν, οὐ πιστεύουσι τῇ οἰκονομίᾳ· μὴ πιστεύοντες δὲ τῇ οἰκονομίᾳ, ζημιοῦνται τὴν σωτηρίαν. εἰ μὲν γὰρ ἐξωλίσθησεν ἀπὸ γενέσεως κόσμου εἰς τὸν βίον ἄνθρωπος.

ἑτέρου

merantur, & ad inferiorem nomen genuflectunt? quomodo etiam accepturi ſumus prophetica oracula clamantia. Deus nuper in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus? Nam viſionem dicit hoc ipſum, quod eſt in carne manifeſtatus: & converſationem appellat illam ipſam ad tempus cum hominibus commorationem, in qua ille minime invidus ut omnipotentiam ſuam declararet, oſtendit quod tanquam omnipotens & id quod erat manſit propter ſe, & quod voluit factus eſt propter nos. Quod ſi nonnullis occaſionem ſcandali præbent faſciæ, & illa in præſepi reclinatio, & illud in tempore ſecundum carnem augmentum & quod in navi dormierit, & ex itinere ſit fatigatus, & eſurierit in tempore,& quæcunq; facta ſecundum veritatem hominis conveniunt; noverint ſe dum paſſiones irrident, negare naturam dumque naturam negant non credere diſpenſationem: non credentes vero diſpenſationem, damnum facere ſalutis. Nam ſi ex quo conditus eſt mundus, quiſquam in hanc vitam lapſus eſt.

Baruch 3.

eſt, aliam præter hanc naturæ viam ingreſſus, id oſtendant qui contentioſe adverſantur, & tunc demum ſua deliramenta contexant. Sed ſi hæc ſint naturæ communis initia, & Deus Verbum revera factus eſt homo, cùr qui naturam confitentur, paſſiones irrident? Alterum igitur ex duobus eligant, aut erubeſcentes de paſſionibus naturam negent, & cum Manichæis conſentientes, inter impios cenſeantur: aut ſi lucrum ex incarnatione proveniens admittunt, de paſſionibus non erubeſcant, quæ naturæ conveniunt. Miror autem hominum amentiam novum erroris iter ingredientium.

Quod Cyrillus dicit, una natura Dei verbi incarnata, & item Athanaſius, hoc iſte dicit, una hypoſtaſis.

Ego namque cum unum filium eſſe ſciam, ac piè didicerim, unam incarnati Dei confiteor hypoſtaſin: itaque cum unus ſit qui paſſiones pertulit, & qui miracula perfecit, cur diviniora reticentes, humiliora per jocum irrident? Vt enim fidem faceret, ſe, cum Deus eſſet ac Verbum exiſteret, permanendo quod erat factum eſſe carnem, & infantem, & hominem, tanto Sacramento nulla mutatione violata idem

ipſe

ἐπέξειν περὶ ταύτην φύσεως βαδίσας ὁδόν, δεικνύτωσαν οἱ φιλόνεικοι, καὶ πῶς τὰς εἰκαίας ὑφαινέτωσαν λήρους. εἰ δὲ αὕτη τῆς κοινῆς φύσεως ἡ ἀρχή, ὁ δὲ θεὸς λόγος κατὰ ἀλήθειαν γέγονεν ἄνθρωπος, τοὺς χαίρειν συνομολογοῦντας τὴν φύσιν σκώπτειν τὰ πάθη, ὥσπερ οὖν ἑκατέρων ἀπολεξάσθωσαν, ἢ ἐπαισχυνέσθωσαν τὰ πάθη, ἀρνείσθωσαν τὴν φύσιν, καὶ τὰ Μανιχαίων φρονοῦντες τοῖς ἀσεβέσι συντετάχθωσαν. ἢ εἰ προσίεται τὸ ἐκ τῆς ἐνανθρωπήσεως κέρδος, ὁμολογοῦντες τὴν φύσιν, μὴ αἰσχυνέσθωσαν τὰ τῇ φύσει συμβαίνοντα πάθη. θαυμάζω δὲ καὶ τὴν φρενοβλάβειαν τῆς * κενὰς ἐδὺς ἀπάτης ἀνατρεφέντων. ἐγὼ γὰρ ἕνα οἶδά τε, καὶ διδαχθεὶς εὐσεβῶς ᾔδειν, μίαν ὁμολογῶ τὴν τοῦ σαρκωθέντος θεοῦ λόγου ὑπόστασιν. ἑνός τε ὄντος τοῦ τε τὰ πάθη ὑπομείναντος, καὶ τοῦ τὰ θαύματα τελεστουργήσαντος, τοὺς χαίρειν τὰ θεώτερα σιωπῶντας, τὰ ἔνθεα κωμῳδοῦσιν· ἵνα γὰρ πιστώσηται ὅτι θεὸς ὤν, καὶ λόγος ὑπάρχων, καὶ μείνας ὃ ἦν γέγονε σάρξ, καὶ βρέφος καὶ ἄνθρωπος, μηδεμιᾶς τροπῆς τὸ μυστήριον ὑβρίζοντος

* καινὰς
Dionyſ.

αὐτὸς

αὐτὸς καὶ θαυματουργεῖ, καὶ πάσχει. διὰ μὲν τῶν σημείων τὸ εἶναι ὃ ἦν συντιθέμενος. διὰ δὲ τῶν παθῶν, τὸ γενέσθαι ὃ ἔπλασε πιστούμενος· ἵνα τέλειον καὶ τὸν αὐτὸν ἀιδίως τε καὶ ἐπ' ἐσχάτων σαρκωθέντα ὁμολογοῦμεν υἱὸν, μηδὲν ἐπεισάγοντες τῇ φύσει νόθον· οὐδὲν γὰρ περιττὸν ἐν τῷ θρόνῳ. Ἀλλὰ πάντως ἐκεῖνο τὸ πολυθρύλλητόν μοι ἐροῦσι, πλέκοντες συλλογισμοὺς ἀράχνης ἀσθενεστέρους. εἰ ἡ τριάς φησιν ὁμοούσιος, ἡ τριὰς ἀπαθής. ὁ δὲ θεὸς λογὸς ἐν τῇ τριάδι ὁρᾶται. καὶ ὁ λόγος ἄρα ἀπαθής. εἰ δὲ ὁ θεὸς λόγος ἀπαθὴς, εὑρεθήσεται ὁ σταυρωθεὶς ἕτερος παρὰ τὸν θεὸν λόγον τὸν ἀπαθῆ. * οὕτως ἱστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσιν οἱ ταῦτα λέγοντες, καὶ καθ' ὑδάτων γράφουσιν οἱ τὰ κενὰ ταῦτα μελετῶντες προβλήματα. Φάσκοντες γὰρ εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. Λημῶν γὰρ ὀφθαλμὸς ἡλίου ἀκτῖνας καθαρῶς οὐ δέχεται. καὶ ἀσθενοῦσα διάνοια πίστεως

* ὄντως

οὐ συ-

ipſe perficiebat miracula, & ſuſtinebat paſſiones, per ſigna quidem ſe manſiſſe quod erat ſignificans, per paſſiones autem id ſe factum eſſe quod formaverat, confirmans. Vnum igitur & eundem filium confitemur, & ſempiternum, & in noviſſimis temporibus incarnatum, divina natura nihil adulterinum adjicientes. nihil enim ſupervacuum eſt in illo throno. Sed illud prorſus multorum ſermone divulgatum dicent, & ſyllogiſmos aranearum telis infirmiores texent. Si Trinitas eſt ejuſdem eſſentia, profecto Trinitas eſt impaſſibilis. ſed Deus Verbum in Trinitate ſpectatur: Verbum igitur eſt impaſſibile. Quod ſi Deus Verbum eſt impaſſibile, colligitur ergo crucifixum alium eſſe præter Deum Verbum quod eſt impaſſibile. Vere telam aranea texunt qui hæc dicunt, & ſcribunt in aquis, qui has inanes propoſitiones meditantur. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Nam lippus oculus ſolis radios non recipit, & mens infirma ſublimitatem Fidei Isa.59.a.

non

non admittit. Quid igitur nos ad iſta dicimus? Nimirum quod ad rationem attinet divinitatis, conſubſtantialem & impaſsibilem eſſe Trinitatem: neq; enim cum ipſum dicimus paſſum fuiſſe, ratione divinitatis paſſum dicimus: natura namque divina nullam recipit paſsionem. Sed confitentes Deum Verbum unam Trinitatis perſonam incarnatam, iis qui cum Fide ſciſcitantur, cauſam aſſerimus intelligendi quare ſit incarnatus. Nam quia Deus Verbum paſsiones deſtruere volebat, quarum finis mors erat, & immortalis illa natura paſsiones ipſa admittere non poterat: ſi enim omnis paſsio compoſitarum rerum pugna eſt atque ſeditio, in immateriali autem & ſingulari ſubſtantia nulla eſt compoſitio, non igitur eò pertingit paſsio, ubi non eſt compoſitio: volens igitur, ut prædiximus, deſtruere paſsiones quæ rationalem carnem opprimebant, quarum ſumma arx erat interitus, incarnatur ex virgine ut novit ipſe Deus VERBVM, & habitu formatur ut homo, id enim ipſi placuit, & exina-

ὁ προσεστὼς ὕψος, τί τοίνυν φαμὲν ἡμεῖς; ὅτι κατὰ τὸν λόγον τῆς θεότητος ἡ τριὰς ὁμοούσιός ἐστι καὶ ἀπαθής. οὐ γὰρ φάσκοι τις αὐτὸν πεπονθέναι, τῷ λόγῳ τῆς θεότητος φαμὲν αὐτὸν πεπονθέναι· ἀνεπίδεκτος γὰρ ἡ θεία φύσις παντὸς πάθους. ἀλλ' ὁμολογοῦντες τὸν θεὸν λόγον τὸν ἕνα τῆς Τριάδος σεσαρκῶσθαι, δεξάμενοι τὴν αἰτίαν τοῦ νοεῖν τῆς σαρκώσεως ἐρωτῶμεν δι' ὃ ἐσαρκώθη. ἐπειδὴ γὰρ ἠβούλετο θεὸς λόγος καταργῆσαι τὰ πάθη, ὧν πέρας ἦν ὁ θάνατος, προσίεσθαι δὲ πάλιν τὰ πάθη ἡ ἀνώλεθρος φύσις οὐκ εἶχε τινα· εἰ γὰρ πᾶν πάθος ἀλλοίωσίς ἐστι καὶ μάχη τῶν συνθέτων, περὶ δὲ τὸ ἄυλον καὶ μόνον οὐδεμία σύνθεσις, οὐκ ὄντος ἐκεῖ ἔφθανε πάθος οὐδὲ σύνθεσις τυγχάνει. βουληθεὶς τοιγαροῦν τὰ περιόντα τὴν λογικὴν σάρκα πάθη καταργῆσαι, κατὰ προείρημεν, ὧν ἀκρόπολις ὑπῆρχεν ὁ θάνατος. σαρκοῦται ἐκ παρθένου ὡς οἶδεν ὁ θεὸς λόγος. καὶ σχηματίζεται ὡς ἄνθρωπος. τοῦτο γὰρ ηὐδόκησε· καὶ νοῦ ἑαυτὸν ἐν δούλου μορφῇ μηδεμίαν τῆς θεότητος περιγραφὴν ὑπομείνας· καὶ οὕτω σώζει πᾶν τὸ ἀνθρώπινον γένος. ἐν τῇ σαρκὶ μὲν αὐτοῦ καταργήσας τὰ πάθη. φυλάξας δὲ αὐτοῦ ἀπαθῆ τὴν θεότητα. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Γαβριὴλ εὐαγγελιζόμενος τὴν τοῦ τεχθέντος αὐθεντίαν καὶ δύναμιν, ἐβόα πρὸς τὴν Μαριάμ. αὐτὸς γάρ, φησι, σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν. λαὸς δὲ οὐκ ἂν εἴη ἀνθρώπου, ἀλλὰ θεοῦ. οὐδ᾿ ἂν ἀπαλλάξειε τὸν κόσμον ἁμαρτημάτων ἐκ φθορᾶς εἰσπηδήσας εἰς τὸν βίον, καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως οὐκ τεχνικῶς ἀκατηγόρητον. ἀλλὰ ἀναγκαίως ὁ αὐτὸς θεός τε ὢν καὶ ἄνθρωπος, οὐ διαιρούμενος εἰς δύο, ἀλλὰ μένων εἷς. διὰ μὲν τοῦ ἐκ γυναικὸς γεννηθῆναι, δεικνὺς ὅτι ἄνθρωπος· διὰ δὲ τοῦ ἀνωδιάστως, καὶ φυλάξει τὴν τικτοῦσαν παρθένον μαρτυρούμενος ὅτι ἐστὶ θεός· ἔσωσε τὸν * κόσμον Ἰησοῦς ὁ Χριστός, ἐλθὼν ἐπὶ γῆς καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφείς· εἰ δὲ ὁ Χριστὸς ψιλός ἐστιν ἄνθρωπος, καὶ οὐκ αὐτὸς ὁ θεὸς λόγος, πῶς ἔκτισε

* τὸν λαὸν αὐτοῦ φησ, Ἰησοῦ.

τὰ πάν-

exinanit ſemetipſum in forma ſervi nullam ſuæ Deitatis circumſcriptionem admittens: & hoc modo ſalutem univerſo hominum generi tribuit, in ſua quidem carne paſſiones deſtruens, ſed ſuam Deitatem ſervans impaſſibilem. Hanc ob cauſam cum Gabriel naſcentis auctoritatem ac potentiam annunciaret, dixit ad Mariam: Ipſe ſalvum faciet populum Luc. 1. *ſuum à peccatis eorum. Populus autem non hominis, ſed Dei eſt: neque mundum à peccatis liberare poteſt quiſquis in hanc vitam per corruptionem intraverit, & non habuerit expers culpæ nativitatis exordium. Sed neceſſario idem cum Deus & homo eſſet, non in duo diviſus, ſed unus permanens, per id quod ex muliere natus eſt, ſe hominem eſſe demonſtravit: per id autem quod ſine coniunctione natus, & quod matrem virginem ſervavit, quod Deus eſſet declaratus eſt, ſalvavit mundum Ieſus Chriſtus ubi venit in terras, & cum hominibus converſatus eſt. Quod ſi Chriſtus purus homo eſt, & non ipſe Deus Verbum, quomodo in prin-*

Dionyſ. Salvum fecit populum ſuum? quia Ieſus Chriſtus qui venit in terras.

loquentes cum ipſo, magnitudinem miraculi haud perpendens, neque conſiderans divini ſplendoris inſolentiam & novitatem, locum iſtum deſertum bonum vocat, ex piſcatore factus tabernaculorũ fabricator dum ſervatorem his compellat verbis: Faciamus tria tabernacula, tibi unũ, & Moyſi unum, & Eliæ unum, *neſciens quid diceret; quemadmodũ optime ipſum ſapientiſſimus Lucas excuſat,* neſciens, *inquit,* quid diceret. *Verum, ô Petre, diſcipulorum caput & anteſignane, quid humili intellectu & humana cogitatione res divinas infamas, & tria tabernacula te excitaturum in deſerto dicis. Servus pari cum Domino conſtitutus dignitate & honore, & Chriſto tabernaculum unum & duobus iſtis ex æquo ædificare conaris? Num ex Spiritu ſancto quemadmodum hic conceptus eſt Moyſes? Num virgo mater peperit Eliam quemadmodum hunc ſanctiſſima Virgo? nũ infans in utero cognovit Moyſen, quemadmodum hunc præcurſor [Iohannes?] Num cælum indicavit Eliæ nativitatem? num Magi cunabula*

Matth. 17. verſ 4.
Lucæ 9. verſ 32.

Moyſes adorarunt? num Moyſes & Elias
talia ediderunt miracula? aut legiones Dæ-
Exod. 2. *monum ex hominibus eiecerunt? Moyſes*
v. 2. *aliquando iratus eſt, & baculo percutiens*
Exodi 14. *mare diviſit: tuus vero Magiſter Deus ſu-*
v. 21. Iohan. 6. *per mare ambulans tibi Petra profundum*
v. 19. *pervium fecit. Elias precatus farinam vi-*
Matth. 14. *duæ multiplicavit, eiuſdemq́ filium à mor-*
v. 25. *tuis reſuſcitavit. Hic vero poſtquam à pi-*
3. Reg. 17. v. 14. & 22. *ſcatione te avocaſſet, quinq; chiliadas ſatia-*
vit, & ad inferos uſq; penetravit, omnes
qui captivi inibi tenebãtur vinctis ſomno
lõgo eduxit. Ne igitur dicas faciamus tria
tabernacula, *neque hoc.* bonum eſt nos
hic eſſe. *Nihil humanũ, nihil humile, ni-*
hil terrenũ, nihil humi ſerpens. ſed ſuper-
Coloſ. 3. *na ſape, ſuperna quære, quemadmodũ Pau-*
verſ. 1. 2. *lus docuit, non terreſtria. Quomodo enim*
bonũ eſt nos illic eſſe ubi ſerpens Adamum
verborum lenocinijs deceptũ in extremum
adduxit diſcrimen, & Paradiſi aditu ex-
Geneſ. 3. *cluſit; ubi in ſudore vultus panem come-*
v. 19. *dendum eſſe audivimus, ubi ſuſpirare &*
Cap. 4. *tremere ſuper terram Cain, didicimus, ubi*
v. 12. *nihil ſtabile, nihil firmum, ſed omnia mo-*

mento

τὰ παράδοξα; μὴ γὰρ Μωσῆς καὶ Ἠλίας τοιαῦτα εἰργάσαντο θαύματα, ἢ λεγεῶνας δαιμόνων ἐξ ἀνθρώπων ἀπήλασαν; Μωσῆς γὰρ * ὠργίσθη ποτέ, καὶ ῥάβδῳ πατάξας διεῖλε τὸ πέλαγος. ὁ δὲ σὸς διδάσκαλος Ἰησοῦς ἐν θαλάσσῃ περιπατήσας, καὶ τῷ Πέτρῳ βατὸν ἐποίησε τὸν βυθόν. ὁ Ἠλίας ἱκετεύσας, ἐπλήθυνε τῆς χήρας τὸ ἄλευρον καὶ τὸν ταύτης υἱὸν ἀνέστησεν ἐκ νεκρῶν. ὁ δὲ σὲ μαθητὴν ἐξ ἁλιέων λαβὼν ἐν ὀλίγοις ἄρτοις χιλιάδας * ἐκόρεσε, καὶ τὴν ᾅδην ἀπήντησε τοὺς ἀπ᾽ αἰῶνος ἐκεῖσε καθεύδοντας. μὴ τοίνυν λέγε Πέτρε, ποιήσωμεν τρεῖς σκηνάς· μηδὲ καλὸν ἡμᾶς ὧδε εἶναι μηδὲν ἀνθρώπινον, μηδὲν πατρῷον, μηδὲν γήινον, μηδὲν χαμερπές· τὰ ἄνω φρόνει, τὰ ἄνω ζήτει, ὡς ὁ Παῦλος ἐμύησεν. μὴ τὰ ἐπὶ γῆς. πῶς γὰρ καλὸν ἡμᾶς τὸ ὧδε εἶναι; ὅπου ὄφις συρίσας τὸν πρωτόπλαστον ἔβλαψεν, καὶ τὸν παράδεισον ἔκλεισεν; ὅπου τὸν ἄρτον ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου ἐσθίειν ἠκούσαμεν; ὅπου στένειν καὶ τρέμειν ἐπὶ τῆς γῆς διὰ Κάιν ἐμάθομεν; ὅπου πάγιον, οὐδέν· ὅπου πάντα παρ-

* leg. [illegible]

* χ[illegible] σε.

περιλάμπεται ῥοπῇ. πῶς οὖν ἡμᾶς ὧδε καλὸν εἶναι, εἰ ἐνταῦθα Χριστὸς κατελίμπανεν ἡμᾶς, τίνος χάριν ἔκλινεν, οὐρανοὺς * καὶ κατέβη. εἰ ἐνταῦθα Χριστὸς κατελίμπανεν ἡμᾶς, τίνος χάριν συγκατέβη τῷ πεσόντι, καὶ τὸν κείμενον ἤγειρεν· εἰ καλόν ἐστιν εἶναι ἐπὶ τῆς γῆς, εἰς μάτην ἐκλήθης τῶν οὐρανῶν κλειδοῦχος· ποῦ γάρ σοι τὸ λοιπὸν χρήσιμοι τῆς βασιλείας αἱ κλεῖς; εἰ τὸ ὄρος οὗ γε τεθεὶς * ἀποτιθέτω λοιπὸν τῶν οὐρανῶν· εἰ σκηνὰς ἐγείρειν θέλεις; παραιτήσαι τὸ καλεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας θεμέλιος. μετεμορφώθη γὰρ Χριστὸς, οὐχ ἁπλῶς· ἀλλ᾽ ἵνα ἡμῖν ὑποδείξῃ τὴν μέλλουσαν τῆς φύσεως μεταμόρφωσιν, καὶ τὴν μέλλουσαν ἐπὶ τῶν νεφελῶν ἐν φωτὶ μετ᾽ ἀγγέλων, δευτέραν σωτήριον ἔλευσιν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ τὸ φῶς ἀναβαλλόμενος ὡς ἱμάτιον· καὶ κριτὴς ὑπάρχει ζώντων καὶ νεκρῶν. ὅθεν Μωσῆν καὶ Ἠλίαν παρήγαγε, τῶν ἀρχαίων ὄψεων παρεστῶτας τὰ σήμαντρα· καὶ τί φησιν ὁ μέγας τῶν εὐαγγελίων γραφεύς· ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτούς. καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης λέγουσα. οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς,

* καὶ, quod deest in ms.

* leg. ἀπολαυέτω.

ἐν

ſento tranſibunt. Quomodo igitur bonum
ſt nos hic eſſe? ſi Chriſtus nos illic dereli-
uit, cuius gratia cælos inclinavit, & deſ- Pſal. 17.
endit? ſi Chriſtus nos illic dereliquit, cuius verſ. 10.
ratia unà deſcẽdit cum lapſo, & iacentem
citavit? ſi bonum eſt in terra commora-
i, fruſtra vocatus es cælorũ clavicularius;
uem enim uſum tibi impoſterum præſta-
unt claves regni cæleſtiũ, ſi huius montiũ
eſiderio teneris? cæli curam impoſterum
depone, ſi ædificare tabernacula cupis, ſe-
one titulũ & nomen fundamenti Eccleſia Matth 16.
Non temere enim transformatus eſt Chri- verſ. 18.
ſtus, ſed ut nobis repræſentaret futuram na-
ura transformationẽ, & futurum alterum
dventum cæleſtem cum Angelis in nubi-
us & igne. [de ipſo dicitur, quod ſit ami- Pſal. 103.
tus lumine tanquam veſtimento, quod ſit verſ. 2.
udex vivorum & mortuorum. Quocirca Act. 10.
Moyſen & Eliam antiquarum viſionum verſ. 42.
iſtens produxit ſigilla. Quid porro dicit
magnus ille Evangeliorum ſcriptor. Hæc
utem ipſo dicente, oborta eſt nu-
es quæ inumbravit eos, & ecce vox
xtitit è nube dicens: Hic eſt Filius
ille

ille meus dilectus, in quo acquieſco,
ipſū audite. *Adhuc ait ipſo Petro loquēte è*
cœlo quaſi ex adverſa Pater in hæc verba
prorumpit. Quidnam Petre? quid tandem
doces? bonum eſſe locum: an tu nunc ipſius ablitus
es? generi tuo injuriam facis, ſiccine
edoctus es, necdum ſolidam cognitionem filiationis
percepiſti? Nonne tu eras ille qui
Matth. 16. verſ. 16. *dicebat,* Tu es Chriſtus filius ille Dei
viventis? *tanta miracula coram vidiſti,*
tu autem Bar Iona & Simon adhuc es? conſtitui
te cœlorum clavigerum, & nondum
audaciam nauticam exuiſti; ecce etiam hac
in parte te conſilia ſervatoris opponis, neſciens
quid dicas? Dixit enim tibi, Oportet
Matth. 26. v. 31 & 33. me pati, *& tu ais,* nequaquam erit
tibi hoc. *Iterum dixit:* Offendemini in
me omnes, *& tu inquis,* ego nunquam
offendar. *Tabernaculum ædificare cupis*
Eſa. 44. verſ. 24. Iob 38. v. 8 Pſal. 101. verſ. 26. Pſal. 103. verſ. 5. *Chriſto, una cum Moyſe & Elia? Ille qui una*
extendit cœlum, is qui mecū fundavit terram,
mare coërcens, & firmamenta ſtabiliens:
Tabernaculum es, qui accendit luminaria
cœli, & æthera accendit, & qui omnia
mecum ante ſecula ſæculo condidit, tabernaculum

ἐν ᾧ ηὐδόκησα. αὐτοῦ ἀκούετε. ἔτι φησὶν αὐτοῦ Πέτρου λαλοῦντος, [illegible] αὐ[illegible] ὁ πατήρ· τί δῆτα Πέτρε; τί δῆτα [illegible], καλὸν εἶναι λέγεις τὸν τόπον [illegible] αὐτοῦ; ἀλλὰ τῷ ἐμῷ φθέγματι [illegible] ἔπει τὸ ἀσφαλῆ [illegible] ἔμαθες, ὃ σὺ ἤθελες ὁ λέγων, σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, [illegible] θαυμάζεις κατιδὼν, τὸ δὲ [illegible] ὁ Σίμων [illegible] κατίδωσι, καὶ τῆς [illegible] ἐν τῷ [illegible] οὐκ [illegible] οὐδὲ καὶ κατὰ τοῦτο [illegible] τῇ τοῦ σωτῆρος βουλῇ, μὴ [illegible] ὁ λέγεις [illegible], καὶ [illegible], εἰ μὴ [illegible] λέγεις, ἀλλ᾽ ἐγὼ [illegible] τῷ Χριστῷ σὺν Μωσῇ καὶ Ηλίᾳ [illegible] τῷ Χριστῷ, [illegible] οὐρανῷ, [illegible] τῷ [illegible] τὴν γῆν, [illegible] τῷ [illegible], καὶ [illegible] τῷ [illegible] σὺν ἐμοὶ [illegible]

σκηνῇ, σκηνὴν τοῦ ἐξ ἐμοῦ καὶ ὑμῶν; σκηνὴν τοῦ ἐφ' ἐμοῦ, καὶ μεθ' ὑμῶν; σκηνὴν τοῦ ἀμήτορος θεοῦ; σκηνὴν τοῦ λαβόντος σκηνὴν ἣν * ἠρετήσατο γαστέρα παρθενικήν. ἄκουε, ἐπειδὴ σὺ σκηνὰς ἐγεῖραι βούλει, μὴ εἰδὼς ὅπερ λέγεις· ἐγὼ νεφέλῃ φωτεινῇ χρησάμενος σκηνῇ, καὶ τοὺς παρόντας καλύψας, ἐκ τῶν ὑψίστων βοῶ· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός· οὐ Μωσῆς, οὐκ Ἠλίας, ἀλλ' οὗτος. οὐκ ἄλλος ἐν ἄλλῳ, ἀλλ' οὗτος, εἷς καὶ ὁ αὐτός· οὗτος ἐν ᾧ εὐδόκησα. αὐτοῦ ἀκούετε· Μωσῆς δίκαιος· ἀλλ' ἐν τούτῳ ηὐδόκησα. Ἠλίαν ἀνέλαβον, ἀλλὰ τοῦτον ἀπέστειλα. * τὸν παρθένον, ὡς εἰς τὸν οὐρανόν. τὸ ἐκ παρθένου εἰς αὐτόν. τὸν οὐρανόν. οὐδεὶς γάρ φησιν ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. εἰκῆ τοίνυν κατῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς, εἰ μὴ δὲ διηνεκῶς ἐπὶ τῆς γῆς· εἰκῆ ἑαυτὸν ἐκένωσεν, καὶ μορφὴν δούλου θελήσας ἔλαβεν, εἰ μὴ μείνας ὃ ἦν, γέγονεν ὅπερ ἐσμέν· εἰ μὴ σταυρὸν καθ' ὑμᾶς δι' ὑμᾶς ὑπομείνῃ· καὶ τῷ οἰκείῳ αἵματι τὸν κόσμον ἐξαγοράσει, ἀργεῖ ἡ οἰκονομία, καὶ μάτην τὰ πάλαι τῶν

* Ἴσ. ἠρετίσατο.

* Locus ſuſpectus de menda.

bernaculum ei, qui ex me & ex vobis eſt, tabernaculum ei, qui mecum & vobiſcum eſt, tabernaculum Deo matre carenti, tabernaculum ſibi ipſi ſtruenti, quod elegit uterum virginalem. Proinde cum tibi animus eſt tabernacula fabricare neſciēs quid dicas ego loco tabernaculi uſus lucida nube præſentibusq; apertis ex altis clamo. Hic eſt Filius meus dilectus, *nō Moyſes, non Elias, ſed hic: non alius, non aliud, ſed hic unus & idem. hic* in quo acquievi, ipſum audite. *Iuſtus eſt Moyſes, verum in hoc acquievi. Eliam igneo curru ſubvectum recepi, ſed hunc miſi virginem tanquam in cœlo ex Virgine natum, in idem cœlum.* Nullus enim, *inquit,* aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit è cœlo. *Fruſtra ergo in hanc terram pervenit, ſi perpetuo in hac terra manet: fruſtra ſeſe ipſe inanivit, formâ ſervi ſponte accepta, niſi permanens id quod erat, factus eſt id, quod non erat; niſi crucem apud vos propter vos pertulerit, & proprio ſanguine mundum redemerit, divinæ providentiæ diſpenſatio ceſſat. & quæcunque Prophetæ*

Iohan 3. verſ. 13

Philip. 2 verſ. 7.

Prophetæ olim prædixerunt, incerta reddũtur. ſed deſine Petre! ne ſapias quæ ſunt hominum ſed quæ ſunt Dei. Hic enim eſt Filius meus dilectus in quo acquieſco. Bis enim hac voce de ipſo utor, ad vos quidem in hoc monte, ad Ioannem vero in Iordane fluvio, ut iterum verum dicat Prophetâ qui exclamavit, Thabor & Hermon in nomine tuo exultabũt; *quo nomine? Hic eſt Filius meus dilectus, donavit enim ipſi nomen, quod eſt ſupra omne nomen. Verum dices, ô amice, quid eſt Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt? Adverte igitur mentem & diſce. Thabor hic ipſe mons eſt, ubi voluit Chriſtus transfigurari, & teſtimonio Patris Filius dilectus declaratur, ut modo audiviſtis. Hermon v. parvus mons eſt prope Iordanem, ubi Chriſtus Baptizatus fuit, eiq́ teſtimonium à Patre & Spiritu ſancto exhibitum, quod ſit Filius dilectus. In his duobus montibus ſanctißimus Pater confirmare volens filiationem, & tunc & iam ſecundo acclamat: Hic eſt Filius meus dilectus in quo acquieſco, ipſum audite. Qui enim ipſum audit, etiam me audit*

Matth. 16. verſ. 23.
Marc. 8. verſ. 33.
Pſal. 88. verſ. 13.
Philip. 2. verſ. 9.

τῶν προφητῶν ἐβεβαίωσε ῥήματα· ἀλλὰ παιδεύει Πέτρον καὶ μὴ τὰ τῶν ἀνθρώπων φρονεῖν, ἀλλὰ τὰ τοῦ Θεοῦ. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ ηὐδόκησα, αὐτοῦ ἀκούετε. αὕτη γὰρ τῇ περὶ αὐτοῦ τοιαύτῃ κέχρημαι φωνῇ. ἐπὶ μὲν ὑμῶν, ἐν τῷ ὄρει τούτῳ· ἐπὶ δὲ Ἰωάννου, ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ· ἵνα πάλιν προφήτης ἀληθεύσῃ βοήσας· Θαβὼρ καὶ Ἑρμὼν ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται· ποίῳ ὀνόματι; οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός. ἐχαρίσατο γὰρ αὐτῷ ὁ Παῦλος, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. ἀλλ' ἐρεῖς πάντως ἀγαπητέ, τί ἐστι Θαβὼρ καὶ Ἑρμὼν ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται· μάνθανε τοίνυν σαφῶς· τὸ Θαβὼρ τοῦτό ἐστι τὸ ὄρος, ἔνθα λάμψας μετεμορφώθη ὁ Χριστὸς καὶ υἱὸς ἀγαπητὸς ἐμαρτυρήθη * παρὰ πατρός, ὡς * ἢ ὑπὸ ἀνωτέρω προκεῖται· τὸ δὲ Ἑρμωνιείμ, ὄρος μικρὸν ἐγγὺς Ἰορδάνου, οὗ βαπτισθεὶς ἐβαπτίσθη Χριστός, καὶ υἱὸς ἀγαπητὸς παρὰ πατρὸς ἐμαρτυρήθη καὶ πνεύματος. ἐν τούτοις τοῖς δυσὶν ὄρεσιν ὁ ἄχραντος πατὴρ βεβαιοῖ τὸ ὄνομα, ὅτι καὶ νῦν ἐν δευτέρῳ βοᾷ· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ ηὐδόκησα, αὐτοῦ ἀκούετε. ὁ γὰρ αὐτοῦ ἀκούων, καὶ ἐμοῦ ἀκούῃ, [illegible] ἂν αὐτὸν ἐπαισχυνθῇ καὶ τοὺς αὐτοῦ λόγους, ἐγὼ αὐτὸν ἐπαισχυνθήσομαι ἐν τῇ δόξῃ μου, καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων· αὐτοῦ οὖν ἀκούετε, ἀπλάστως, ἀκάκως, ἀπεριέργως. πίστει ζητοῦντες, ἀλλ' οὐ γλώττῃ μετροῦντες, ἀλλ' οὐ λόγοις τὸν λόγον σταθμίζοντες. ἀρκεῖ γὰρ Παῦλος ὁ ῥήτωρ χαλινῶν τὴν περιεργίαν, καὶ πάντας διδάσκων ἀνενδοιάστως βοᾶν· ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως θεοῦ· ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ! αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

* * *

audit, & quemcunque puduerit ipſius & ſermonum eius, me ipſius pudebit in gloria mea & ſanctorum Angelorum. Ipſum igitur audite non ſicte, non fucatè, ſed pure & abſque curioſitate, fide [eum] quærentes, ſed lingua non metientes, nec verbis Verbum ponderantes. Sufficit enim Paulus ille orator, qui curioſis frena iniicit, & omnes ita indubitanter omni hæſitatione ſepoſita exclamare docet. O profundas divitias, tum ſapientię, tum cognitionis Dei, quam inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & eius viæ imperveſtigabiles. *Ipſi ſit gloria in ſæcula. Amen.*

Marci 8. verſ.36. Lucæ 9. verſ.26.

Rom. 11. verſ.33.

⁂

SANCTISSIMO ET DEI
amantiſſimo fratri & conſacerdoti Domno, Proclus in Domino ſalutem.

CHaritas mutua, Deo dilectiſſime, maximum in hoc eſt donum. Vinciens enim ad concordiam optimus artifex Deus naturam quã fabricatus eſt, benevolentia eos coniunxit, qui ratione reguntur; ut dum alij aliorum caſus proprios ducerent, ac unuſquiſque ex ſe res alterius metiretur, in inſolubilem conſenſionis unanimitatem eo connecterentur, quæ unius naturæ ſunt. Ea enim quæ affectu disiuncta ſunt, neceſſario in mutuum exitium ruunt: quæ vero voluntate unita ſunt, non facile à firmitate propria delabuntur. Vnde & beatus Paulus multitudinem fidelium & coniunctionem Eccleſiæ, corpori comparavit, dicens: Vos eſtis corpus Christi & membra ex parte: omnino prædicans multitudinis conſpirationem, & ex concordia membrorum prohibens, ne contentionis morbo, cui bella ſunt amica,

Epheſ 5.
1. Cor. 12.

Τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ, καὶ
συλλειτουργῷ Δόμνῳ. Πρόκλος
ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΤΟ φιλάδελφον, θεοφιλέστατε, μέχρι ἐν τούτῳ τυγχάνει ἄμεμπτον. συνδεθέντων γὰρ εἰς ὁμογνωμοσύνην ὁ ἀριστοτέχνης θεὸς, ἣν ἐδημιούργησε φύσιν, τῇ διαθέσει τῶν λόγων ἡνωμένως συνέσφιγξεν· οἱ συνδεόμενοι τὰ ἀλλήλων πάθη, ἕκαστος ἐφ' ἑαυτὸν τὸ τοῦ ἑτέρου μετρῶν, εἰς ἄλυτον συμπαθείας ὁμοφροσύνην συμπλέκονται τὰ ὁμοφυῆ. τὰ μὲν γὰρ ἀφυσιώτων σχέσιν, πρὸς τὴν ἀλλήλων ἀναγκαίως ἐπείγεται φέρειν· τὰ δὲ ἑνούμενα τῇ γνώμῃ, οὐ ῥᾳδίως ἀπολιμπάνεται τοῦ εἶναι ἀσφαλοῦς. διὸ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος τὸ πλῆθος τῶν πιστῶν καὶ τὸ σύστημα τῆς ἐκκλησίας, σώματι ἀπείκασε, λέγων ὑμεῖς ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέλους, πάντας διαγορεύων τὴν τοῦ πλήθους ὁμόνοιαν, καὶ ἀπαγορεύων πᾶσιν τὴν φιλοπόλεμον ἀντίστασιν, ἐν τοῖς τῶν μελῶν συμφωνίας. πρὸς τί δὲ ταῦτα γράφω, θεοφιλέστατε, μικρὸν ἀνάγκη μαθεῖν. ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος τῆς Περρηνῶν ἐκκλησίας Ἀθανάσιος ἄπιστον ὁμοῦ, καὶ πλήττουσαν οὐ μετρίως τοὺς ἀκούοντας ἀπεθρήνησε τραγῳδίας, φήσας, τοὺς αὐτοῦ κληρικοὺς, ὥσπερ ἀποδυσαμένους τὸν λογισμὸν τῆς ὑπεχελότητος, καὶ νομίσαντας, ἄρχειν αὐτοῖς ἐκ τοῦ βούλεσθαι, καὶ εἶναι ἱεροτυράννοις, ἀποσπάσθαι μὲν αὐτὸν τῆς ἐκκλησίας παρ' οὐδενὶ δικαίῳ λόγῳ, καὶ τέως ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ὅσον ἧκεν εἰς μανίας ὑπερβολὴν, καθελεῖν, καὶ τοῖς ἔργοις πεῖσαι, ὅτι ἐν τῇ γνώμῃ τῶν * προτασσομένων, ἀλλὰ μὴ ἐν τῇ ψήφῳ τῶν κρινόντων, ἡ τῶν ἱερῶν κρατύνεται τάξις· οἰκονόμους τε, καὶ φροντιστὰς καθ' οἰκείαν αὐθεντίαν ἐπιστῆναι τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ τῶν ἱερῶν δέλτων περιελεῖν τὸ ὄνομα τοῦ ἐπισκοπεύοντος· καὶ συντόμως εἰπεῖν, ἀναφανδὸν ἐξορχήσασθαι τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας, προσθεὶς, ὡς ἔθρεψεν αὐτῶν τὴν περὶ τὰ τοιαῦτα τόλμαν ἡ τῶν πάλαι παρ' αὐτῶν αἰσχρουργηθέντων οὐκ εὔλογος συγγνώμη. τοῖς γὰρ περὶ αὐτὸν τὰ ὅμοια πεποιηκότες, ἔδωκε τὴν ὁρμὴν

* προσα-
τ ἀρχομένων.

amicâ, laboremus. Cur autem hæc ſcribam, Dei amantiſſime pater, rogo paululum ut agnoſcere ne graveris. Dei amãtiſſimus Eccleſiæ Perrhenorum Epiſcopus Athanaſius, incredibilem ſimul, & audientibus non mediocriter moleſtam Tragœdiam deflevit, dicens clericos ſuos velut objecta cogitatione ſubjectionis, & putantes ſibi ſufficere voluntatem, ut eſſent ſacrorum tyranni, expuliſſe eum ab Eccleſia, cum juſta ratio nulla ſubſiſteret: & quantum ad eos attinet, in tantam vaſaniam exiliſſe, ut etiam damnarent eum, & operibus perſuaderent, quia in voluntate procacium, & non in decreto regularum, ſacrorum ordo conſiſtat: œconomos autem & curatores propria voluntate conſtituiſſe Eccleſiæ Dei, & Epiſcopi nomen de ſacris diptychis abſtuliſſe; & ut breviter dixerim, palam Eccleſiaſticum ordinem expuliſſe: adjiciens, quoniam nutrivit circa hæc iſtorum præſumptionem veteribus eorum & ſceleratis operibus non rationabilis venia data. Nam præceſſoribus ejus ſimilia facientes, inde gradu facto, impe-

tum ſuum ad pejora cumularunt, cum prius meritas pœnas non ſuſtinuerint, aditu illis dato, ut neque in poſterum ſibi temperarent. Sed tu, Dei amantiſſime, dignare, à nobis rogatus (potes enim) conſacerdotis infirmitates tibi proprias efficere, obediens præcipue beato Paulo 1. Cor. 12. *dicenti: Si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membrâ: & ſiquidem longe ab urbe Antiochena civitas conſtituta eſt, in qua hæc perpetrata noſcuntur, aliquot Dei amantiſſimorum Epiſcoporum ipſi urbi vicinos, perſonas non accipientes, ad audiendum hanc cauſam ſanctitas tua deputet. Formidat enim religioſiſſimum metropolitanum Epiſcopum, tanquam veſanæ flammæ inimicorum ejus ex odio adverſus eum vim præbentem atque materiam. Et ſiquidem convicti fuerint, in quibus accuſantur, & de quibus conqueritur, & qui ſuperbiam Abſalom imitati ſunt, ſimili exemplo plectantur. Sic enim adit Deus eos, qui adverſus patres armantur, ut patrum invaſores in omni mundo infamia notet. Novi autem,*

Dei

μὲν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐκαρύφαντο, ἐφ' οἷς μὴ πώποτε ἄξια δεδώκασι δίκην, καὶ μηδὲ αὖθις σωφρονήσειν ἐχέγγυον τις ἐφόδιον, ἀλλ' αὐτὸς, θεοφιλέστατε, καταξίωσον, παρ' ἡμῶν δυσωπούμενος· δίκαιον γὰρ οἰκειώσασθαι τῆς συμφορᾶς τὴν ἀσθένειαν, μάλιστα πειθόμενος τῷ μακαρίῳ Παύλῳ βοῶντι· εἰ πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη. καὶ εἰ μακρόθεν τῶν Ἀντιοχέων μεγαλοπόλεως ἡ πόλις, ἐν ᾗ πρώτως ἐχρηματίσθημεν, ἀπῳκίσθη, λοιπὸς τῶν ἀσυγχύτων, καὶ ἀπαραπλήττων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἀκοῦσαι τὸ ἀποθέμενος· ὑφαρπάζειν γὰρ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τῆς μητροπόλεως, εἰς τὰ τῆς μανίας τῶν αὐτοπώλων φλογὸς τὴν ἐκ δυσμενείας καὶ αὐτοῦ περιέχουσα δύναμίν τε καὶ ὕλην. καὶ ἐλεγχθεῖεν ἐφ' οἷς ἐπαθήσαν οἱ παρ' αὐτοῦ καταβιβαζόμενοι, καὶ εἰς ἀπόνοιαν τὸν Ἀβεσσαλὼμ ἐκεῖνον μιμησάμενοι, ἐπίσης ἐκείνῳ δέξαιντο καὶ τὴν ἐκ τοῦ παραδείγματος τιμωρίαν. οὕτω γὰρ μισεῖ ὁ θεὸς τοὺς κατὰ πατέρων ἐπαιρομένους, ὡς ἐν μέσῃ τῇ κτίσει στηλιτεύων τοὺς πατραλοίας. εἴθε θε-

θεοφιλέστατε, ὡς πάντας περιειληφὼς [illegible] ἐν σπλάγχνοις Χριστοῦ, καὶ γέμων συμπαθείας, οἰκειώσῃ τὸν πρεσβύτην, καὶ ἀπομάξεις αὐτοῦ τὸ τῆς θλίψεως δάκρυον, καὶ χαριῇ αὐτῷ τὸ μισοπόνηρον, καὶ τοὺς τῆς ἱερωσύνης ἐπιβούλους, *μετὰ τοὺς ἐλέγχους ὀργῇ δικαίᾳ χρησάμενος, καὶ ἀμυνῇ τὸ πρέπον ἰσχύσῃ τοὺς διασκευάσαντας ἐκ πολλῶν γυμνάδας, πονηρὸν *νόμην τὸ κοινὸν τῆς ἱερωσύνης καταβεβλήκασιν, ἐπιτηδευμένως ἐκτέμνων. εἰ γὰρ δοίη τις, τοὺς τολμῶντας, ὃ μὴ δὴ, καὶ εἰς τοσοῦτο φθάνοντας θράσους, ὡς καὶ τοιούτων κατατολμᾶν, δι' ὧν ἱερωσύνην καθυβρίζουσι, οἰκτείρειν [illegible], ἀφ' ὧν τὸν ἔλεον περὶ ἀνομίας θηρῶνται, καὶ παρακαλεῖν, λείπεται οὐδὲν, ἢ πάντας τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτας παίγνιον εἶναι καὶ τῶν διαβολικῶν ἐργατῶν, ἀλλ' ὁ θεὸς ἐπὶ τοῦτο καὶ τὴν σὴν θεοσέβειαν προεχειρίσατο, ἐπὶ τῷ καὶ παύειν ἀδικίας, καὶ τόλμας ἀναστέλλειν, καὶ ἱερωσύνῃ καμνούσῃ βοηθεῖν, καὶ τοῖς οἰκείαις λοιδορίαις χαίρειν μὴ παρέχειν ἀλλὰ μετὰ διαγνώσεως, τῷ μὲν συκοφαντουμένῳ εἴγε συκοφαντεῖται, βοηθεῖν, τῷ δὲ συκοφαντοῦντι,

* καὶ

* γνώμην,

Dei amantiſſime, quoniam omnes complectens in Chriſti viſceribus, & commiſeratione plenus, conſolaberis ſenem, & lacrymas ejus tribulationis abſterges, & te ei improbitatis ultorem exhibebis, & ſacerdotii adverſarios poſt convictionem furori juſto & competenti vindictæ ſubjiciens, expelles malum, quod ſerpendo paſcitur, & communicationem ſacerdotii lædit, funditus excidens. Nam ſi quis conceſſerit, ut præſumptoribus, & inconvenienter in tantam procacitatem exilientibus, ut ſacerdotium dedecorent, miſericordia illis ſine iudicio fiat, ex eo quod miſericordiam pro ſcelere deprecari conantur; nihil eſt reliquum, niſi ut omnes Eccleſiarum præſules in luſum & opprobrium fiant, ipſi quoque diabolicis inſtrumentis. Sed Deus ad hoc tuam religioſitatem præordinavit, ut & injuſtitias removeas, & præſumptiones comprimas, & ſacerdotio laboranti ſuccurras, & propriis maledictis locum non præbeas. ſed poſt cognitionem, ei quidem qui calumniam patitur, adjutorium feras: illum vero qui calumniam facit, ſi

vere

θεοφιλέστατε, ὡς πάντας περιπλυσσέ, ἄμες ἐν σπλάγχνοις Χριστοῦ, καὶ γέμων συμπαθείας. οἰκειώσῃ τὸν πρεσβύτην, καὶ ἀπομάξεις αὐτοῦ τὸ τῆς θλίψεως δάκρυον, καὶ χαρμῇ αὐτῷ τὸ μισοπόνηρον, καὶ σὺν τῆς ἱερωσύνης ἐπιβούλους, *μετὰ σὺν ἐλέγχους ὀργῇ δικαίᾳ χρησάμενος, καὶ ἀμύνῃ, τὸ πρέπον ἑκάστῃ παρασκευάσας ἐκ ποδῶν γενέσθαι, πονηρὰν *νόμην τὸ κοινὸν τῆς ἱερωσύνης καταβλάπτουσαν, ἐπισημαίνως ἐκτέμνων. εἰ γὰρ δοίη τις, τοὺς τολμῶντας, ἃ μὴ δεῖ, καὶ εἰς τοσοῦτο φθάνοντας θράσους, ὡς καὶ τοιοῦτον κατατολμᾶν, δι' ὧν [illegible] καθυφέλκουσι, οἰκτείρειν ἀκρι[illegible]ς, ἀφ' ὧν τὸν ἔλεον περὶ ἀνομίας θηρῶνται, καὶ παρακαλεῖν, λείπεται οὐδέν, ἢ πάντας σὺν τῶν ἐκκλησιῶν περιεστῶτας παίγνιον εἶναι καὶ τῶν διαβολικῶν ὀργάνων, ἀλλ' ὁ θεὸς ἐπὶ τοῦτο καὶ τὴν σὴν θεοσέβειαν προεχειρίσατο, ἐπὶ τῷ καὶ παύειν ἀδικίας, καὶ τόλμας ἀναστέλλειν, καὶ ἱερωσύνῃ καμνούσῃ βοηθεῖν, καὶ τῶν οἰκείας λοιδορίαις χώραν μὴ παρέχειν ἀλλὰ μετὰ διαγνώσεως, τῷ μὲν συκοφαντουμένῳ ἤγε συκοφαντεῖται, βοηθεῖν, τὸν δὲ συκοφαντοῦντα,

* καὶ

* γνώμην

Dei amantiſſime, quoniam omnes complecteris in Chriſti viſceribus, & commiſeratione plenus, conſolaberis ſenem, & lacrymas eius tribulationis abſterges, & te ei improbitatis oſorem exhibebis, & ſacerdotij adverſarios poſt convictionem furori iuſta & competenti vindictæ ſubijciens, expelles malum, quod ſerpendo paſcitur, & communitatem ſacerdotij lædit, ſapienter excidens. Nam ſi quis conceſſerit, ut præſumptoribus, & inconvenienter in tantam procacitatem exilientibus, ut ſacerdotium dedecorent, miſericordia illis ſine iudicio fiat, ex eo quod miſericordiam pro ſcelere deprecari conantur, nihil iſti reliquum, niſi ut omnes Eccleſiarum præſules in luſum & opprobrium fiant, ipſis quoque diabolicis inſtrumentis. Sed Deus ad hoc tuam religioſitatem præordinavit, ut & iniuſtitias removeas, & præſumptiones comprimas, & ſacerdotio laboranti ſuccurras, & propriis maledictis locum non præbeas: ſed poſt cognitionem, ei quidem qui calumniam patitur, adiutorium feras: illum vero qui calumniam facit, ſi

vere

vere eſt calumniatus, abſcindas. Non igitur tua religioſitas arbitretur, quia tanquam ad iniuriam ſedis Antiochenæ maximæ civitatis huc venit memoratus Dei amantiſſimus Epiſcopus; ſed metuens quoſdam, ſicut ait, ſeditionibus gaudentes, & paſſioni propria militantes, dedit ad tempus locum iræ: nam alioquin patientiam, & manſuetudinem, & iuſtitiam tuæ religioſitatis prædicare non ceſſat: nec ut accuſet, (abſit hoc) ſed ut hæc pro ſe interceſſio ad animum verecundia permovendum eſſet gravior. Itaque illi commeatu præſentibus litteris dato confidere iuſſimus ego atque ſanctiſſimus Epiſcopus & conſacerdos noſter Cyrillus, quod propter charitatem qua continetur in nobis, habens reverentiam ſcribentibus, harum literarum gerulum modis omnibus adiuvabis. Omnem, quæ tecum eſt, in Chriſto fraternitatem, plurimum ſaluto.

EPI-

φαντοῦντα, εἴγε ἀληθῶς συκοφαντῶ, ἐκτίμησαι, μὴ τοίνυν νομίσῃς σου ἡ θεοσέβεια, ὡς ἐφ' ὕβρει τῷ θρόνῳ τῆς μεγίστης Ἀντιοχέων πόλεως κατέλαβέ με τῇδε ὁ μακαριώτατος θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος· ἀλλ' ὑφορώμενος ἴσως, ὥς φησι σου ἱερωσύνης χαίροντας, καὶ εἰκότως πάλιν τεταραγμένους, δεδοικὼς πρὸς καιρόν τινα τῇ ὀργῇ· ἐπεί τοι, τὸ ἀνεξίκακον, καὶ ἥμερον, καὶ φιλοδίκαιον τῆς σῆς θεοσεβείας μηνύειν ἔμελλεν καὶ ἄλλος οὐκ αἰτιώμενος μηδὲν, ἀλλὰ δυσωπῶν αἰδεσιμωτέραν φωνήν τινα ἐπ' αὐτὴν μεσιτείαν. διὸ καὶ τοῖς ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἐφιλιώσαντος γράμμασιν ἡμῶν εἰπόμεθα, ἐγώ τε καὶ ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος, καὶ συλλειτουργὸς ἡμῶν Κύριλλος, ὑπὲρ τῆς κοινωνίας ἐν ἡμῖν ἀγάπης ἀληθείας σου ἀποθαυμάσαντες, βεβαίους πάντως τῷ κομίζοντι. πᾶσαν τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα πλεῖστα προσαγορεύομεν.

EPISTOLA PROCLI Epiſcopi Conſtantinopolitani ad Iohannem Epiſcopum Antiochiæ.

Arbitror te cognoſcere, religioſiſſime, magis verò certè ſcio, non quamlibet à Deo colligere mercedem eos, qui indormitabili mentis oculo Eccleſiaſticis invigilant neceſſitatibus, nocte dieque procurare & conſulere, quatenus benè quidem regatur omne, quantum populi familiariter coniunctum, & à reprobis zizanis pura ſit orthodoxa fides: providentiam vero mereatur hoc, quod ſecundum præſumptionem interim adverſariorum, habeat morbum, & ut in eundem ſenſum & obedientiam transferatis, maximè divina clamante ſcriptura: Qui eduxit dignum ab indigno, ſicut os meum erit. Ierem. 15. *Si enim negligere proximos labentes ad deteriora, & ſocordia præpoſiti rapinam factos faucibus lupi voracis hominum, irrecuſabilis damnationis experimentum minatur*

natur dormitanti, mercenarium, non paſtorem, deſidioſum & diſſolutum Scripturá vocante, quomodo non per omnia iuſtum eſt, ſtudioſum quidem in talibus perſequi, deſidioſum vero in vrgentibus effugitare? In eodem enim vtraque ſimilia ad vituperationem exiſtunt, & irrecuſabilia ad condemnationem, & hoc quod ex quibus aliquis ipſe negligenter viuit, videntes adhortatur in æmulationem deteriorum, & quod peccantes in fidem, & delinquentes in vitam, non ſtatim corrigit, licet deſpiciens extra tale ſupplicium non eſt conſtitutus. Eiuſmodi vero exemplum non ex me refingo, ſed ex diuinis Scripturis erudiens ſcribo. Heli ille ætate fatigatus, & in Silo pertinentia ad legem ſacrificans, ipſe quidem non operabatur quæ pueri audebant, cooperabatur vero illis, poſtquam non prohibebat peccantes. quoniam ſecundum veram rationem, non prohibere flagitia, agenti cognatum eſt. Et iterum pueri actionibus gradum imitantes, indignos ſe per quæ peccabant, ſacerdotio demonſtrantes, non ſolum eis quibus

1.Reg.2.

Rom 1.

bus operabantur, cadebant, ſed enim ad peccandum alios evocabant, imaginem peccati ſeſe æmulantibus proponentes. Propter quod pariter illatum eſt ſupplicium & eis qui impia fecerunt, & ei qui non 1.Reg 4. prohibuit. Patri enim ad virtutem nocuit ſocordia, filiis autem perniciem intulit inemendatio: & ſenex in juvenum tempeſtate naufragium paſſus eſt, pro quibus affectum non gubernavit increpatione. Ita oportet, religioſiſſime, eum qui ſortitus eſt praeſſe populo, & tenere habenas ſacerdotii, non ſolum procurare, quomodo ipſe probus appareat, ſed ut & hoc quod ab ipſo dicitur, ſit purum ab omni vituperatione. Hoc enim quod prius eſt, etſi admirandum, ſed non tale, quale eſt hoc, quod poſt illud dictum: quanto illud quidem in unum ſolum perficientem ea quæ ad virtutem pertinent concludit, hoc verò multos providentia ſalvos faciens per ſingulos pietatis inducit confidentiam. Ad quid verò dico? quod multi reclamant hîc religioſiſſimum Edeſſenorū Epiſcopum Iban, non ſolum quidam clerici Edeſſeni & Monachi, machi, ſed enim etiam primates & clari militiæ, quibus rectæ fidei calidus zelus accenditur, quod tantum diligit Neſtorij inſaniam, ut & quædam capitula, quæ ſuppoſui ſcripto à nobis ad Armenios tomo, & direxi tuæ reverentiæ, quæ ſunt ſtulta & profana, & omni plena impietate, transferret voce Syrorum & tranſmitteret ubique, & multū inconſiderato ſimpliciorum auditu laqueum pernicioſorum ſuſcipientibus, perſuaderet ſapere ſicut addicatum eſt Dei Eccleſia. Quæ quando per lectionem cognoveris, feſtinare digneris cum omni alacritate eum compellere, tomo quidem ſcripto ad Armenios ſubſcribere, vaniloquium vero magis verè monſtriloquium, vel quod eſt verius dicere Iudaicam impietatem capitulorum illorum condemnantem, viva voce & * ſalva manu anathematizare dementiam. Flagitium enim eſt virum non manifeſtè oſtendi, qualis eſt. Siquidem enim capitulorum illorum, quod non credo morbum habeat, defendat: ſi adeſt inſtabilibus cogitationibus Fidei vel verborum tenor,

* ſana.

quomodo duos dicit Filios, unum quidem ante ſæcula, alterum verò in ultimis? vel quomodo Chriſtus alter præter Deum verbum? vel quomodo ſuper terram viſum, & hominibus converſatum calumniatur purum aliquem, ſicut unum ex coitu natum, ſed non ipſum qui eſt ſine principio & increabilis, ad quem non æſtimabitur alter, ſecundum Prophetam? Baruch, 3. *ſi enim & viſus eſt carne, ſed ille erat incarnatus, qui omni principio ſuperior, omni verò paſſione liber, omni verò tranſlatione & immutatione alienus, qui ex Patre ſplenduit ſuper ſenſum, & ex virgine ortus eſt ſuper rationem, qui hoc quod eſt creabile in Deitate non admittit, & hoc quod eſt phantaſia in carne reÿcit: qui ſecundum Dei veritatem, & Deus eſt, & factus eſt Homo, & illud quidem quod erat permanſit, hoc verò quod factus eſt, ſalvum fecit. Hic igitur eſt unus Filius unigenitus. Sed non ita quidem perverſa mente, & cogitationis dementia capitulorum iſtorum genitores facti, impiorum abortivorum & ſibi pernicioſorum* mioſorum Patres apparuerunt. Deinde ſi memoratus communis ſter Ibas cognoſcit ea quæ ad deſtructionem legentium, & audientiam evomita ſunt capitula, ſicut & arbitror eum prudentem conſtitutum, & à pueritia divinis Scripturis nutritum, abominari ea & rejicere, confidente voce & non erubeſcente fronte, quod [illegible] ſpit oſtendat, omnia ſubjecta ad Armenus epiſtola capitula abjiciens calcans, plene diabolica inſania inventiones [illegible] tata, & omnia anathemate digna eſſe judicans: ut de vito hoc veram ſcientes, qui hic ſunt omnes, jam indiſcretam confidenter cogitationem ad illum habeant. Nec enim oportet, religioſiſſime, ſicut & ipſe nobis conſenties, eos deſpicere, qui ſine cauſa læduntur, ad deteriora impetum habentes: ſed plurimam facere rationem eorum, qui ſcandalizantur, ut indiſcreta extendatur in omnes cum concordia, horreſcentes maximè terribiliſſimam illam in Evangeliis condemnationem, quæ pro uno humilium ſcandalizato infertur [illegible] dentib. vel deſpicientibus. Si enim beatus

Matthi. 18

1.Tim.4. Paulus exempla bonorum operum ſacer-
Tit. 2. dotes eſſe legitimè ſtatuit, quomodo non
magis fidei auctores & doctores ſine qua
Hebr.11. Deo placere impoſſibile eſt? Nam aliæ quædam virtutes, utpote ex moribus perfectionem accipientes, naturam habent ad emendationem doctricē: Fides verò ſola, quæ eſt naturâ & ratione ſuperior, utpote huic propinquans quod ſemper eſt, & natura intelligibile, & inoccupabile, deprehenſione, & omni virtute melior eſt, per hoc ſolum cedens charitati, quod qui creditur Deus, propter ſolam charitatem homo factus eſt. Rogo igitur ſtudium adſit effectum. Cognoſce enim, religioſiſſime, quod non alij cuidam gratificabitur memoratus Epiſcopus Ibas, obſecūdans præſenti epiſtola, quantum ſibi ipſi. Habebit enim non ſolum eos qui nunc de ipſo dubitant, admirantes eum, ſed enim etiam ſanctiſſimum noſtrum Patrem Presbyterum, & Archimandritam Dalmatium nimium honorantem, & mirantem, ſi videas ſapientem ea quæ pia Fidei ſunt. Modo enim, utpote ſuper alijs cō vulgato,

memoratus

memoratum ſanctiſſimus propter charitatem non mediocriter laceratur, quodq; qui debent in diuinioribus prædicari, in aduerſis accuſantur, ſiue Zelo dicentium, ſiue inuidia criminantium. Propter quod & Theodotum reuerendiſſimum noſtræ Eccleſiæ Diaconum ad tuam cum chartis reuerentiam direxi, ut cognoſcas, religioſiſſime, quod non contemptibilem, ſed ſtudioſam exiſtimo cauſæ perfectionem.

PROCLI ARCHIEPISCOPI EPISTOLA SYNODICA, ad Dominum Epiſcopum Antiochenum, pro cauſa Athanaſij Petrenorum Epiſcopi.

SANCTISSIMO & Deo amantiſſimo, fratri & conſacerdoti Domno, Proclus in Domino S. Charitas ſancta magnū eſt donum. Vniens etiam ad concordiam magnus artifex Deus, notumus quam operatus in ſua poſitione, verbo *diſponente, conſtrinxit, ut familiares faciensque alterutrius paſſiones & mores & unicuique eiuſdem natura exiſtenti, alterius menſuram per conſenſum compoſitionis inſolubilem complicaret. Ea ſiquidem quæ procul ab affectu ſunt ad corruptionē aliorum neceſſariò perducuntur: quæ verò voluntate unita ſunt non facile à tutela propria dilabuntur. Vnde & beatus Paulus multitudinem fidelium, & continuationem Eccleſiæ, corpori comparavit, dicens:* Epheſ. 5. 1.Cor. 12. *Vos eſtis corpus Chriſti, & membra ex membro, omnino prædicans multitudinis conſpirationem & per concordiam membrorum, interdicens eſſe languendum in contentione, quæ bellis amica eſt. Cur autem hæc ſcribam Deo amantiſſime Pater, rogo paululum ut agnoſcas. Deo amantiſſimus Eccleſiæ Perrenorum Epiſcopus Athanaſius, & incredibilem ſimul, & audientibus nō mediocriter moleſtam pompam deflevit; dicens clericos ſuos velut exutos ratione ſubiectionis, & putantes ſibi ſufficere voluntatem, ut eſſent ſacerdoti tyranni, expuliſſe eum ab Eccleſia, cum*

ratio

ratio nulla ſubſiſteret: & quantum ad eos attinet, in tantam veſaniam exiliiſſe, ut ac condemnarent eum, & operibus crederent, quia in voluntate præſulum, & non in decreto regularum, conſiſtant ordines ſacerdotum, œconomos autem & curatores propria voluntate conſtituentes Eccleſiæ Dei, & Epiſcopi nomen de ſacris dyptichis auferentes: & ut breviter dicatur, nefandiſſimè Eccleſiaſticum ordinem inſinuat diſſolutum, adjiciens, quantam nutriverit circa hæc iſtorum præſumptionem in veteribus eorum, & ſceleſtis operibus, non rationabilibus venia data. Nam præceſſoribus eius ſimilia facientes, impetum ſuum ad peiora itinera cumulaverunt, cum non olim pœnam dignam ſuſtinuerint, ut de cætero haberent temperamenti viaticum. Sed tu Deo amantiſſime, dignare à nobis rogatus (potes enim) tibi proprias conſacerdotum infirmitates efficere, obediens præcipuè B. Paulo dicenti: Si patitur unum membrum compatiuntur omnia membra: & ſi quidem longe ab urbe Antiochena civitas cõſtituta

1 Cor 12.

eſt, in qua hæc divulgata eſſe noſcuntur, bonum eſt ut pro cauſâ præfati Epiſcopi, aliquem reverendiſſimorum Epiſcoporum, ipſi urbi vicinum, perſonas non accipientium ad audiendum ſanctitas tua deputet. Formidat enim religioſiſſimum Metropolitanum Epiſcopum, tanquã veſana flamma inimicorum eius adverſus eius virtutem præbentem atq; materiam. Et ſi quidem convicti fuerint, in quibus accenſantur, quos inclamat, tanquam ſuperbiam habentes Abſalon, cum illum fuerint imitati, ſimili exemplo plectantur. Sic enim odit Deus eos, qui adverſus patres armãtur, ut patrum invaſores, quò in omni mundo infamia notentur. Novi enim Deo amantiſſime, quoniam omnia amplectens in Chriſti viſceribus, & compaſſibilitate plenus exiſtens conſolaberis ſenem, & lachrymas eius tribulationis abſterges, & in hoc cui odioſa ſunt mala latabilis, & ſacerdotij adverſarios poſt convictionem furoris, iuſto, & competenti vindicta ſubijcies: expelles omnem peſſimam voluntatem, & communem ſacer-

ſcandaliq; peſtem ſcienter abſcindes. Nam ſi quis conceſſerit, ut præſumptoribus & inconvenienter in tantam procacitatem tollentibus, ut & Deo per Pontifices contumeliam inferre audeant, miſericordia illis ſine iudicio fiat, ex quibus oleum iniquitatis ſupplicationibus aucupetur; nihil eſt reliquum niſi ut fiant omnium Eccleſiarũ præſules in luſum & opprobrium, & per hæc ſtatuatur diabolicum inſtrumentum. Sed Deus ad hoc tuam religioſitatem præordinavit, ut & iniuſtitias removeas, & præſumptiones abſcindas, & ſacerdotio laborantibus ſuccurras, & multis maledictionibus locum non præbeas: ſed poſt agnitionem, et quidem qui calumniam patitur, adiutorium feras, illum verò qui calumniam facit, ſi verò eſt calumniator, abſcindas. Non igitur tua religioſitas arbitretur, quia tanquam ad iniuriam ſedis Antiochenæ, huc venit memoratus reverendiſſimus Epiſcopus: ſed metuens quoſdam (ſicut ait) ſeditionibus congaudentes, & paſſioni propriæ militantes, dedit ad tempus locum iræ: pa-

tientiam vero, & manſuetudinem, & iuſtitiam adhuc tuæ religioſitatis Prædicando non ceſſat. Nec in quolibet accuſat, (abſit hoc) ſed ſupplicat oportunam in ſe compoſitionem effici. Vnde & præſentibus cum literis conſolantes conſidere diximus ego atque ſanctiſſimus Epiſcopus & conſacerdos noſter Cyrillus, propter charitatem quæ continetur in nobis. Habens itaque reverentiam ſcribentibus, harum literarum gerulum modis omnibus adiuvabis. Omnem, quæ tecum eſt, in Chriſto fraternitatem, plurimum ſaluto.

* * *

PROCLI CONSTANTINOPOLITANI AD ARMENIOS DE FIDE EPIſTOLA DIONYſIO EXIGUO INTERPRETE.

PROCLI CONSTANTInopolitani ad Armenios de Fide Epiſtola Dionyſio Exiguo interprete.

DEI *amantiſſ. & venerabilibus Epiſcopis, & Presbyteris, & Archimandritis Orthodoxæ, ſanctæ per totam Armeniam Eccleſiæ, Proclus in Domino, S. Non mediocriter, Fratres, confudit animum noſtrum, & mœrore validiſſimo ſauciavit rumor novellorum erroris Zizaniorum, quæ nuper veſtræ regioni, callidiſſimus naturæ cõmunis inimicus inſevit. Intolerabiliter enim viſu auditus conſuevit animam vulnerare, quæ huiuſmodi meditationibus exercitata non fuerit, tantoq́ perniciosius jaculatur in altum tela defigens, quanto diſcrimen non corpus appetit, ſed ſtatum mentis expugnare contendit, opinione diſſeminans, venerandum Fidei, veſtimentum aut diſciſſum lachrymabiliter, aut*

furto

furto penitus eſſe ſublatum. Omnis quidem virtus expetēda, ijs quibus ratio non eſt rebus materialibus obſcurata, omnis malitia à bene ſentientibus non immeritò fugienda iudicatur, utpote quæ è regione adverſetur eſſentiæ, ipſa contra naturam ſine dubitatione ſubſiſtens. nam ſicut id quod utiliſſimum eſt neceſſariè cuſtodiendum, ita quod non expedit, ſed probatur adverſum, aut cum præſto eſt, repellendum, aut ſi metuitur ne accidat, ſollicitè præcavendum. Virtutis itaque ſpecies plurimæ. Hanc autem variè definierunt ſive Gentiles, quos error præfocat, lumenq; diſcretionis eorum ignoratio divinitatis obſcurat: ſeu Chriſtiani qui fide recta mentis oculos illuminatos habentes, ſolem iuſtitiæ per confeſſionem clarius intuentur. Illi namque in ſuis conſilijs velut in tenebris oberrantes, habenteſque ſenſum ſine rectore præcipitem, cogitationibus nituntur incertis, nihil in ijs quæ decernunt præter fluxam & inſtabilem naturam rerum viſibilium perſcrutantes, vera autem contemplationis inmitum aut cauſis temporalibus habentes intentum, aut erroribus obcæcatum. Aiunt enim quatuor ſpecies eſſe virtutis, id eſt, iuſtitiam, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, quæ licet bona ſint, humi tamen repunt, & erga terrena proiecta ſunt, dum inferiora cæleſti faſtigio comprobantur: Fortitudinem namque dixerunt, luctam adverſus carnem. Temperantiam, quæ de affectuum ſumit ſubiugatione victoriam: Prudentiam, quæ in converſatione civili optata continet inſtituta: Iuſtitiam, optimam æqui portionem. Hunc autem (ut putabantur) vitæ ordinem lege ſanxerunt, immoderatum atq; illicitum reprimentes huiuſmodi definitionibus appetitum. Altius verò & præſenti vita ſublimius, neque cogitare, neque depromere valuerunt, ſed inſipienti & obſcurato corde viſi ſunt virtutem, quantum ad ſe, viſibilibus tantummodo rebus includere, nihil ei tribuentes eximium, & cæleſti habitatione condignum. Qui verò per Fidem illuminatos habent oculos cordis, quorum præſul atque magiſter

magiſter eſt beatiſſimus Paulus, cum definiunt eſſe virtutem quæ nos ad Deum ſemper elevans, ordinanter regit in terris. Hic igitur per omnia venerabilis Apoſtolus multas quidem ſpecies virtutum enumerat, ſed præcipuè fidem, ſpem, charitatem commendat: quarum fides ſupra naturam merita hominibus bona largitur, inviſibilibus eos admiſcens, qui adhuc multiplicibus obnoxia paſsionibus indumenta circumferunt. Qui enim Angelorum reliquarumque incorporearum virtutum naturam propoſiti ſublimitate neſciunt, horum diſciplinam hominibus qui gradiuntur humi, & volutantur in pulvere, Fides attribuit: regali throno & inviſibili qui caret omni forma nos exhibens, certamq; illuſtrationem naturæ increatæ ſemper ſine initio manentis inſinuans. Quæ etiam fulgore ſuo ſenſum materialem diſcutiens, craſſumq; ac nebuloſum intuitum noſtræ mentis expurgans, erga illa clarè conſpicere, quæ tunc ex parte poſſunt videri cum cenſentur inviſibilia, & comprehendi cum inacceſsi-

acceſsibilia eſſe creduntur. Spes autem non ignota ſomnijs, ut dicitur, inhære[illegible] ſed credita fortiter retinens, in præſentibus ſibi futura jam præparans, & ad excludendam dubietatem, quod nec adeſt, tanquam præſens cogitatione complectitur, ſub aſpectu penè quæ præſtolantur adducens adverſa. De quibus Spes impedimenta tranſgrediens, præponendum viſibilibus rebus ea quæ deſiderãtur adiectis, fucam temporũ inanitatem futurorum dilectione prorſus exuperans. Charitas verò ſancta Religionis noſtræ culmen & caput eſt. Per hanc enim Deus cum præſens iugiter eſſet in terris, ad nos per carnem venire dignatus eſt: Vtraque igitur mutuo ſibi conſentiunt: Fides enim charitatis eſt ſpeculum, & charitas fidei probatur exiſtere firmamentum. Credimus quod Deus verbum impaſsibiliter incarnatum eſt, & ipſe credimus: hæc enim fides, ſalutis noſtræ fundamentum eſſe cognoſcitur. Ideò eũ qui propter nos ſuſcepit formam ſervi, diligimus, qui nec natura ſua ullam mutabilitatem ſuſtinuit,

nec

nec augmentum Trinitati acceſsit. Omnis itaq́ Chriſtianus, qui non eſt dives fide, Spe, Charitate, id quod dicitur, non [illegible] ſed etſi videtur ſuum caſtigare corpuſculum & animæ paſsionibus liber eſſe, in moralem tantummodo virtutem iſte proficiens, nequaquam coronam victoriæ conſequitur, utpote qui non ad illam ſemper agnitionem divinitatis extenderit, quæ coronas tribuit iis qui fortiter per virtutem luctantur. Ideoq́ Fides quæ omnium (ſicut prædixi) bonorum caput eſt, ſervetur intacta, nihil humanis adinventionibus diſſonum præferens, nullis prophanis vocum novitatibus turbida: quæ manens infra Evangelicos atque Apoſtolicos terminos, nullius pervicaci furore violetur. Propter hanc enim ſalvati ſumus & hanc in Baptiſmate lingua ſubſcripſimus. Altitudo ſiquidem fidei cunctam inſurgentis audaciam temeritatemq́ proſternit, nec humanam tantùm, ſed & illorum, qui natura incorporea ſublimantur, B. Paulo dicente: Aut ſi nos, aut Angelus de cœlis Evangelizaverit vobis præter id quod accepiſtis,

Galat. 1.

cepiſti, anathema ſit: Miniſtrare namq; præceptum eſt Angelo, non dogma componere. Et periculoſum nimis eſt ſingulis, nonniſi quibus ordinati ſunt permanere, ſed appetere velle ſupra menſuram quæ minime natura conceſſa ſunt. Ideoq; etſi ſubſtantia præferat quid fide dignum eſſe videatur, non erit receptabilis innovatio prædicationis reſpondit. Quod accepimus igitur indormitabili cura ſervemus, ad theſaurum fidei mentis oculos iugiter elevantes. Quid autem de ſcripturis accepimus, niſi quod Deus verbo ſuo mundum condidit, & creaturam quæ non erat produxit ex nihilo? Et quia naturali lege rationale animal honoravit, datur ei mūdatum, ut quod erat optimum non lateret eius arbitriū, ſed meliori propoſito nexa duceretur. Et quod ille ſpontanea voluntate in deteriora prolapſus, ex terris Paradiſi per inobedientiam factus eſt, quod denique per patres, Patriarchas, legem, iudices & Prophetas, naturam quam formavit inſtruxit, ut peccata quidem caveret, ad facienda verò quæ recta ſunt ſolici-

ſolicitudinem gereret, ſic ut delicta imperium quoque nobis volentibus [illegible]tinerent, & horum cauſa Diabolus in n[illegible] deſæuiret exitium: utpote cum lex naturalis obſoleta ſordeſceret, & ſcripta præuaricatio retorperet: Prophetæ quoque ſicut homines monerent quæ oporteret fieri, ſed ab imminente pernicie liberare non poſſent: Deus forma carens, ſine initio incircumſcriptus, & omnipotens verbum in carne veniens (adeſt enim illi poſſe quod vult) ſumpſit formam ſerui caro factus, natus ex Virgine, volens ubique monſtrare quia ſecundum veritatem fieri homo dignatus eſt. Naturam ſiquidem corpoream, & exordia, & habitus, paſſioneſque neceſſariò ſubſequuntur: Non enim dicit Euangeliſta quod in hominem Iohan. 1. *perfectum Deus ingreſſus eſt, quia factus eſt caro naturæ noſtræ primordiis ipſa contingens. Sicut enim homo naturaliter editus non ſtatim procedit operatione perfectus, ſed primũ ipſa depoſitio ſeminis efficitur caro, deinde proceſſu temporis vim ſumit quæ conſummationem ſenſuum operatio-*

rationumq́; contineat: ita Deus verbum ipſa[illegible] ria & radicem humanæ inſtitu[illegible] attingens, primum factus eſt caro, non converſus (quod abſit,) in carnem: manſit enim divinitas omni mutabilitate ſuperior, quia mutatio naturæ fluentis eſt paſſio: illius autem perennis ſempiternaque ita ſe habentis eſſentia proprium eſt, ut incommutabilis perſeveret. Utriſque igitur divinæ Scripturæ utentes vocibus, dicimus quia & caro factus eſt, & formam ſervi accepit. Ex utroque, piè intellecta ſemina nobis ſalutis exiſtunt: Per id enim quod verbum caro factum eſt, individuum ſumma ipſius adunatione Evangeliſta declarat. Sicut enim ſingularitas in duas ſingularitates dividi non poteſt (alioquin in has diviſa, jam non erit ſingularitas ſed dualitas) ita quod unum eſt juxta ſummam adunationem, nequaquam in duo poterit ulla ratione partiri. Per id autem quod formã ſervi adſumpſit, naturæ divinæ incommutabilitas intimatur: Quia omne quod fit, aut ex eo quod exiſteret factum eſt, ut cælum quod ante non erat: aut ex eo quod eſt, in aliud Exod 7. convertitur, ut fluenta Nili flum[illegible], & ſanguinem commutata. Sed uterq[illegible] dus divinæ ſubſtantiæ probatur in[illegible]grans: Nam nec ex nullis extantibus proceſſit, ſemper ſine initio permanens, nec ex aliqua materia cõverſus eſt Deus verbum in ſua incommutabilitate perſiſtens. Idcirco per hæc & Deitatis incommutabilitatem, & individuum ſacramenti divina Scriptura teſtatur, quod factum eſt demonſtrans, & quod aſſumpſit inſinuans: ut per primum, ſingularitatem naturæ, perſonæ utriuſque commendet, per alterum verò incommutabilitatem ſubſtantiæ divinæ pronunciet. Deus igitur verbum factus eſt homo perfectus non immutata natura Deitatis, adſtipulante miraculo quod intelligentiam noſtræ mentis excedit: idipſum percipimus fide, non inquiſitione colligimus. Et factus homo cognatus ſecũdum carnem, generi ſalutem tribuit per ſimilitudinem paſſionum, peccati quidem debitum ſolvens (dum quæ ſunt hominis tempore paſſus pro omnibus moritur)

